σία, κατ' οὐδένα τρόπον καινισμὸν δεξαμένης ἀκολουθοῦντες ἡμεῖς τοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' ἐκείνους διαπρεψάντων ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις διδάγμασι δίκαιον ᾠήθημεν ἅπασι ποιῆσαι φανερόν, ὅπως ἔχομεν περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, ἀκολουθοῦντες τῇ παραδόσει καὶ ὁμολογίᾳ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀπο-

1 στολικῆς ἐκκλησίας. Πιστεύοντες γὰρ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦμεν, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ θεόν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ πατρί, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι σταυρόν τε ὑπομεῖναι, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέ-

2 μεινε σαρκί, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ἔμεινε γὰρ τριὰς ἡ τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος θεοῦ λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ

3 ἁγία τριάς. Τούτων τοίνυν οὕτως

mus omnem haeresim, praesertim vero Nestorium hominis adoratorem, qui dividit unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum et negat proprie et vere sanctam gloriosam semper virginem Mariam dei genetricem esse, sed alium dicit deum verbum ex patre esse, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est, hunc autem gratia et necessitudine, quae ei cum deo verbo est, deum factum esse: nec non Eutychetem mente captum, qui visionem inducit et negat veram ex sancta semper virgine et dei genetrice Maria incarnationem, hoc est nostram salutem, neque admittit eum omnino consubstantialem patri esse secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem: item Apollinarium animae exterminatorem, qui dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum anima carere dicit et confusionem seu perturbationem superducit incarnationi unigeniti filii dei, omnesque qui cum eo senserunt vel

4 sentiunt. Si qui igitur post hanc commonitionem nostram certioresque facti a religiosissimis uniuscuiusque loci episcopis nostris posthac inventi fuerint contrariae opinionis esse, veniam se impetraturos ne sperent: iubemus enim tales tamquam. confestos haereticos compententi animadversioni subici. *Dat . . .[a. 527 ?].*

6( ) *Idem. A Constantinopolitanis.*

ἐχόντων ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον, ἀλλὰ ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Εὐτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ, τὸν φαντασίαν εἰσάγοντα ἀρνούμενόν τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κατὰ πάντα ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον, τὸν ἄνουν λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντα τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦν-

4 τας. Εἰ γάρ τινες μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν προαγόρευσιν καὶ τὴν τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἡμῶν ἐπισκόπων πληροφορίαν εὑρεθῶσι τοῦ λοιποῦ γνώμης ἐναντίας ὄντες, μὴ προσδοκήσωσι συγγνώμης ἀξιωθῆναι· κελεύομεν γὰρ τοὺς τοιούτους ὡς ὁμολογουμένους αἱρετικοὺς τῷ προσήκοντι ὑποβάλλεσθαι σωφρονισμῷ. *Ἐδόθη ἐν ἔτει 2 ;*

6 (1) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντίνου-*

(1) Τίθενται ὡς εὕρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

Salvatorem et dominum omnium Iesum Christum verum deum nostrum per omnia colentes studemus etiam, quatenus hoc humana mens adsequi potest, eius

1 humilitatem imitari. Cum igitur quosdam invenerimus detineri morbo atque insania impiorum Nestorii et Eutychetis inimicorum deo et sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae, qui sanctam gloriosam semper virginem Mariam proprie et secundum veritatem dei genetricem dicere recusant, eos quae sit recta Christianorum fides edocere
2 festinavimus. Ii vero incurabiles dissimulato errore suo circumveniunt, ut compertum habemus, simpliciorum animos et turbando et offendendo, pronuntiando etiam contraria sanctae catholicae atque aposto
3 licae ecclesiae. Quamobrem necessarium credidimus tam haereticorum mendacia dissipare quam cunctis explanare, qualiter sentiat sancta dei catholica atque apostolica ecclesia, praedicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et ipsi secuti spem quae nobis est aperimus, non innovantes fidem (quod absit), sed coarguentes insaniam eorum, qui cum impiis haereticis consentiunt. quod iam pridem in primordiis nostri imperii cunctis patefeci-
4 mus. Credimus igitur in unum deum patrem omnipotentem et in unum dominum Iesum Christum filium dei et in san-

πολίταις. Τὸν σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν θεραπεύοντες διὰ πάντων σπουδάζομεν, ὅσον ἐνδέχεται νοῦν καταλαμβάνειν ἀνθρώπινον, μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ

1 συγκατάβασιν. Καὶ εὑρόντες τινὰς τῇ νόσῳ καὶ μανίᾳ κρατουμένους τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον εἰπεῖν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν, ἐσπουδάσαμεν τούτους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν διδαχθῆναι πί-

2 στιν. Οἱ δὲ ἀνιάτως ἔχοντες, κρύπτοντες τὴν ἑαυτῶν πλάνην περιέρχονται, καθὰ μεμαθήκαμεν, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράσσοντές τε καὶ σκανδαλίζοντες καὶ ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκ-

3 κλησίας λέγοντες. Ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν καταλῦσαι μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας, σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν, ὅπως δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, κηρύττουσι δὲ οἱ ταύτης ὁσιώτατοι ἱερεῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι φανερὰ καθιστῶμεν τὰ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, οὐ καινίζοντες πίστιν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν. ὅπερ ἤδη καὶ ἐν προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες πᾶσι κατάδη-

4 λον ἐποιήσαμεν. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, μίαν

ctum spiritum, unam substantiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, trinitatem consub-
5 stantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum dei filium, ex vero deo deum verum, ante saecula et sine tempore de patre natum, coaeternum patri, eum denique, ex quo omnia et per quem omnia sunt, descendisse de caelis et incarnatum ex spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et dei genetrice Maria et hominem factum esse, crucem passum pro nobis sub Pontio Pilato et sepultum esse et tertio die resurrexisse: unius eiusdemque et miracula et cruciatus quos sponte carne subiit
6 agnoscentes. Non enim alium deum verbum et alium Christum novimus, sed unum eundemque consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem. ut enim in divinitate perfectus est, ita idem et in humanitate perfectus est. re vera enim unitatem accipimus et confitemur: trinitas enim mansit trinitas et postquam unus ex trinitate deus verbum homo factus est: neque quartae personae adiectionem recipit san
7 cta trinitas. Quae cum ita se habeant, damnamus omnem haeresim, imprimis Nestorium hominis adoratorem et eos qui eius sententiam amplexi sunt vel amplectuntur, qui dividunt

οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν προσκυνοῦντες, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν,

5 τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸν ἀληθινόν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ πατρί, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπῆσαι σταυρόν τε ὑπομεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινεν

6 σαρκί, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὡς γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. ἔμεινε γὰρ τριὰς ἡ τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος θεοῦ λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία τριάς.

7 Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ

unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum negantque proprie et re vera sanctam gloriosam semper virginem Mariam deiparam, id est dei matrem, sed duos filios dicunt alterum ex patre deum verbum, alterum ex sancta semper virgine et dei genetrice Maria, gratia et nexu et necessitudine, quae ei cum deo verbo est, et ipsum deum factum esse: recusantes et negantes dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum incarnatum et cruci adfixum unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis hic enim solus est coadorandus et conglorificandus pa
8 tri et sancto spiritui. Damnamus etiam Eutychetem mente captum eosque qui eius sententiam amplexi sunt vel amplectuntur, qui visionem indu cunt negantque veram ex sancta virgine et dei genetrice Maria incarnationem domini et salvatoris nostri Iesu Christi, id est salutem nostram, neque agnoscunt eum consubstantialem esse patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem.
9 Neque minus Apollinarium animae exterminatore eosque, qui eius sententiam amplexi sunt vel amplectuntur dicentes anima carere dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum et confusionem seu perturbationem superducentes incarnationi unigeniti filii dei, omnesque qui eorum

θεὸν ἡμῶν καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν Θεοτόκον, τουτέστι μητέρα Θεοῦ, ἀλλὰ δύο υἱοὺς λέγοντας, ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι, καὶ ἀρνουμένους καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος. οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ

8 καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Ἀναθεματίζομεν δὲ καὶ Εὐτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς φαντασίαν εἰσάγοντας ἀρνουμένους τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ κύριου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρω-

9 πότητα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς ἄνουν λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας.

sententiam amplexi sunt vel amplectuntur. *D. id. Mart. dn. Iustiniano pp. A. III cons. [a. 534].*

Idem Ephesiis, idem Caesariensibus, idem Cyzicenis, idem Amidenis Trapezuntiis Hierosolymitanis Apameis Iustinianopolitanis Theopolitanis Sebastenis Tarsenibus Ancyranis.

7 (1) *Idem A. Epiphanio* sanctissimo et beatissimo archiepiscopo huius regiae urbis et oecumenico patriarchae Edocere volentes sanctitatem tuam omnia quae ad ecclesiarum statum pertinent necessarium duximus hisce ad eam sacris litteris uti et per eas quae agitantur manifestum ei facere: quae et ipsam scire persuasi
1 sumus. Cum igitur nonnullos invenerimus alienos a sancta catholica atque apostolica ecclesia impiorum Nestorii et Eutychetis errorem secutos eorumque blasphemiis usos, sacrum edictum proposuimus, quod et tua sanctitas novit, quo haereticorum insaniam refutavimus, minime immutato vel immutando vel praetermittendo ecclesiastico qui adhuc deo iuvante obtinet statu, quod et tua beatitudo scit, sed per omnia custodientes unitatem sacrosanctarum ecclesiarum cum sanctissimo vetustioris Romae papa et patriarcha, ad quem his si
2 milia scripsimus. Neque enim patimur quicquam quod ad ecclesiasticum statum per-

Ἐδόθη τοῖς εἰδοῖς τοῦ Μαρτίου 534 ἐπὶ τῆς τρίτης ὑπατείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ ἐσαεὶ Αὐγούστου.

Τὸ αὐτὸ Ἐφεσίοις, τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσι, τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς, τὸ αὐτὸ Ἀμιδηνοῖς Τραπεζουντίοις Ἱεροσολυμίταις Ἀπαμεῦσιν Ἰουστινιανουπολίταις Θεουπολίταις Σεβαστηνοῖς Ταρσεῦσιν Ἀγκυρανοῖς.

7 (1) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ* τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶντα κατάστασιν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς καὶ δι' αὐτῶν δῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν

1 εἰδέναι πεπείσμεθα. Εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχέος ἀκολουθοῦντας πλάνῃ καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προεθήκαμεν ἤδικτον, ὅπερ καὶ ἡ σὴ γινώσκει ἁγιωσύνη, δι' οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν, οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν σὺν θεῷ κρατούσης ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καθὰ καὶ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης, ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάττοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ πατριάρχην, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια
2 τούτοις γεγράφαμεν. Οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρών-

(1) Τίθενται ὡς εὕρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

tinet non referri ad eius beatitudinem, cum sit caput omnium sanctissimorum dei sacerdotum et quia, quotienscumque in his partibus haeretici extiterunt, sententia rectoque iudicio illius venerandae sedis coerciti
3 sunt. Ideoque ex praesentibus sacris litteris sanctitas vestra cognoscet quae a nobis proposita sunt, ut qui prave intellegere vel interpretari temptaverint, quae a nobis recte in edicto pronuntiata sunt, praesentibus sacris litteris nostris
4 refutentur. Pauci quidam infideles et alieni a sancta dei catholica atque apostolica ecclesia contradicere Iudaice ausi sunt iis quae ab omnibus sacerdotibus recte observantur et probantur et praedicantur, denegantes dominum nostrum Iesum Christum unigenitum dei filium et deum nostrum incarnatum ex spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et dei genetrice Maria et hominemfactum cruciatumque unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coadorandum et conglorificandum patri et sancto spiritui, consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassi-
5 bilem deitate. Recusantes vero dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium dei et deum nostrum fateri unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis manifesto deprehenduntur impii Nestorii pra-

των κατάστασιν μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ἁγιωτάτων τοῦ θεοῦ ἱερέων καὶ ἐπειδή, ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ καὶ ὀρθῇ κρίσει ἐκείνου τοῦ σεβασμίου

3 θρόνου κατηργήθησαν. Ἐκ γὰρ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν μαθήσεται ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὰ παρ' ἡμῶν προτεθειμένα, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς νοεῖν ἢ ἑρμηνεύειν τὰ παρ' ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἠδίκτῳ λεχθέντα ἐκ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν

4 ἐλέγχεσθαι συλλαβῶν. Ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀντειπεῖν Ἰουδαϊκῶς ἐθάρρησαν πρὸς τὰ παρὰ πάντων τῶν ἱερέων ὀρθῶς κρατούμενα καὶ δοξαζόμενα καὶ κηρυττόμενα, ἀρνούμενοι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι.

5 Παραιτούμενοι δὲ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος δῆλοί εἰσι καὶ ἐλέγχονται τῇ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ἀκολουθοῦντες πονηρᾷ διδασκαλίᾳ, κατὰ χάριν αὐτὸν λέγοντες

vam doctrinam sequi, secundum gratiam eum filium dei dicentes et alium deum verbum, alium Christum dicentes. quos cum ipsorum doctrina iisque qui eam amplexi sunt vel amplectuntur tamquam alienos a sancta dei catholica atque apostolica ecclesia damnamus.
6 Omnes igitur sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et reverentissimi sacrorum monasteriorum archimandritae secuti sanctorum patrum traditionem, nihil omnino statum ecclesiae qui hactenus obtinuit, neque antea neque nunc, ut dictum est, mutantes congruenter confitentur et credunt praedicantes dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium dei et deum nostrum ante saecula et sine tempore de patre natum et ultimis diebus descendentem de caelis et incarnatum ex spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et dei genetrice Maria et hominem factum et cruci fixum unum esse sanctae et consubstantialis tri-
7 nitatis. Consubs antialem enim eum scimus patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate, coadorandum patri et spiritui sancto. neque enim alium deum verbum et alium Christum novimus, sed unum atque eundem consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem

υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγοντες. οὓς ἀναθεματίζομεν καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστο-

6 λικῆς ἐκκλησίας. Πάντες γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἀρχιμανδρῖται ἀκολουθοῦντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσει καὶ μηδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες τῆς μέχρι νῦν κρατούσης, καθὰ εἴρηται, ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, συμφώνως ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι, κηρύττοντες τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος.

7 Ὁμοούσιον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι, συμπροσκυνούμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν

secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassi-
8 bilem divinitate. Ut enim in divinitate perfectus est, ita idem in humanitate perfectus est: in una enim substantia unitatem accipimus et confite-
9 mur. Quoniam igitur unigenitus filius et verbum dei ante saecula et sine tempore de patre natus, idem ultimis diebus descendens de caelis et incarnatus ex spiritu sancto et sancta gloriosa et dei genetrice Maria et homo factus, id est dominus noster Iesus Christus, proprie et vere deus est, propterea et sanctam gloriosam semper virginem Mariam proprie et vere matrem dei dicimus, non quia deus verbum principium ex ea sumpserit, sed quia ultimis diebus descendit de caelis et ex ipsa incarnatus et natus et homo factus
10 est. Quem confitemur, ut dictum est, consubstantialem esse patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas sponte carne sus-
11 tinuit, cognoscentes. Haec igitur sunt, quibus sacro nostro edicto pronuntiatis haereticos redarguimus, qui sacro edicto etiam universi, qui hic inventi sunt, sanctissimi episcopi et devotissimi archimandritae una cum tua sanctitate subscripserunt secuti per omnia sancta quattuor concilia et quae ab uno quoque eorum costituta sunt, id est Nicaenum CCCXVIII,

8 ἀπαθῆ θεότητι. Ὡς γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦ-

9 μεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθείς, ὁ αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσας, τουτέστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεός ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα θεοῦ λέγομεν, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαν-

10 τος. Ὃν ὁμολογοῦμεν, καθὰ εἴρηται, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί, γινώσκοντες.

11 Ταῦτα τοίνυν ἐστίν, ἅπερ διὰ τοῦ θείου ἡμῶν εἰρηκότες ἡδίκτου τοὺς αἱρετικοὺς ἠλέγξαμεν, ᾧτινι θείῳ ἡδίκτῳ καὶ πάντες οἱ εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ εὐλαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται ἅμα τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ καθυπέγραψαν, ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέτρασι συνόδοις καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι, τουτέστι τῆς τε ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη' καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν ρν', καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ προτέρας

huius regiae civitatis CL patrum, Ephesinum prius et Chalcedonense, cum omnibus manifestum sit, quod fidei definitionem quae universis nobiscum fidelibus sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae tradita est, id est sanctum documentum vel symbolum, tenemus et custodimus, quod a CCCXVIII sanctis patribus expositum est, quod et CL in hac regia civitate congregati sancti patres interpretando explanaverunt, non quod aliquid ei deesset, sed, quoniam veritatis inimici alii sancti spiritus detatem subvertere adgressi sunt, alii veram incarnationem dei verbi ex sancta semper virgine dei genetrice Maria factam negaverunt, propterea scriptis testimoniis sanctum documentum dicti CL patres interpretando explanave-
12 runt Hoc et reliquae sanctae synodi, scilicet Ephesina prior et Chalcedonensis, eandem fidem secutae receperunt et observarunt et sanctam gloriosam semper virginem Mariam dei genetricem praedicarunt, damnatis iis, qui eam dei genetricem esse negarent.
13 Similiter damnaverunt eos, qui aliud symbolum vel sanctum documentum tradunt praeter id, quod a CCCXVIII sanctis patribus expositum est, explicatum vero explanatumque a CL sanctis patribus in hac re-
14 gia urbe congregatis. Et Ephesina quidem prior impium Nestorium eiusque dogmata

καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι, δήλου πᾶσι καθεστῶτος, ὅτι τὸν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα ἤτοι σύμβολον κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τιη' ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν, ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν, οὐχ ὡς ἐλλιπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ', ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου ἠρνήσαντο, διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα οἱ εἰρημένοι ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν.

12 Τοῦτο καὶ αἱ λοιπαὶ ἁγίαι σύνοδοι, τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι, τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ ἐφύλαξαν καὶ τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον ἐκήρυξαν καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν θεοτόκον ἀνεθε-

13 μάτισαν. Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισαν καὶ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ ἅγιον μάθημα παραδιδόντας παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν τιη' ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν, σαφηνισθὲν δὲ καὶ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἁγίων

14 πατέρων. Καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ προτέρα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καθετλέ τε καὶ ἀνεθε-

sustulit damnavitque tam eos qui eius opinionem suam fecerunt vel faciunt et qui eam probaverunt vel probant. 15 Sancta autem Chalcedonensis synodus sustulit expulitque ex sanctis dei ecclesiis et damnavit etiam impium Eutychetem et placita eius eosque qui eius sententiam suam fecerunt vel faciunt vel qui eam comprobaverunt vel comprobant. item omnes haereticos eorumque dogmata et eos qui eorum opinionem suam fecerunt vel 16 faciunt damnavit. Similiter damnavit etiam Nestorium et placita eius eosque qui eius sententiam suam fecerunt vel faciunt vel qui eam comproba- 17 verunt vel comprobant. Eadem autem sancta Chalcedonensis synodus et magni Procli litteras ad Armenias scriptas de eo, quod dominum nostrum Iesum Christum filium dei et deum nostrum unum ex sancta trinitate dici oporteat, relatione sua recepit et confirma- 18 vit. Dicta quattuor concilia vel quae ab iis statuta sunt si praetermittimus, licentiam damus haereticis eorumque doctrinis ab isdem oppressis pestem suam in sanctas dei eccle- 19 sias rursus inducendi. Quod fieri numquam poterit (quod absit), quoniam dicta quattuor concilia praeceptis suis haereticos eorumque praecepta ex- 20 pulerunt. Ac si quis de una dictarum sanctarum synodarum dubitet, apparet eum do-

μάτισε καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἀνεθεμάτισεν.

15 Ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας· καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦν-

16 τας ἀνεθεμάτισεν. Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισε καὶ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαν-

17 τας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας. Ἡ αὐτὴ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς Ἀρμενίους γραφεῖσαν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς ἐδέξατό τε καὶ

18 ἐβεβαίωσεν. Εἰ γὰρ τὰς εἰρημένας τέσσαρας ἁγίας συνόδους παρεξέλθωμεν ἢ τὰ παρ' αὐτῶν διατυπωθέντα, δίδομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν αἱρετικοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν δόγμασι τὴν ἑαυτῶν λύμην πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐνδείκνυσθαι.

19 Ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται πραχθῆναί ποτε (μὴ γένοιτο), ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι τέσσαρες ἅγιαι σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ τού-

20 των δόγματα ἐξέβαλον. Καὶ εἴ τις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων ἁγίων συνόδων ἀμφιβάλλει, πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα

ctrinam ab illa repulsam et da- 21 mnatam tenere. Ne quis igitur frusta nos inquietet vana spe subnixus nos contrarium aliquid sanctis quattuor conciliis fecisse facturosve esse vel fieri ab aliquo permissuros vel memoriam earumdem sanctarum quattuor synodorum tolli ex sacris ecclesiae tabulis pas- 22 suros. Omnes enim ab iis repulsos damnatosque repulsorumque doctrinas et adseclas 23 damnamus. Ideoque beatitudo tua oret pro nobis nostroque imperio edoceatque cunctos ac certiores faciat de nostro proposito et de studio nostro erga intemeratam fidem.

D. VII. k. Apr. Constantinopoli dn. Iustiniano pp. A. III cons. [a 533].

8 *Gloriosissimo et clementissimo filio Iustiniano Augusto Iohannes episcopus urbis Romae.* Inter claras sapientiae mansuetudinis vestrae laudes, christianissime principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod caritatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanae sedis reverentiam conservatis et ei cuncta subicitis et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum, domino loquente praeceptum est: 'pasce oves meas'. 1 Quam esse omnium vere ecclesiarum caput et patrum regulae et principum statuta declarant et pietatis vestrae re-

φρονῶν τὰ δόγματα τὰ παρ' αὐτῆς ἐκβληθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα.

21 Μηδεὶς τοίνυν μάτην ἡμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος, ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τι τῶν εἰρημένων ἁγίων δ' συνόδων ἐπράξαμεν ἢ πράξομεν ἢ πραχθῆναι παρά τινος συγχωρήσομεν ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων δ' συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα.

22 Πάντας γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν καθαιρεθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας καὶ τὰ τῶν καθαιρεθέντων δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρο-

25 νοῦντας ἀναθεματίζομεν. Ὅθεν εὐχέσθω ἡμῖν τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἡ μακαριότης σου, πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς διδάσκουσά τε καὶ πληροφοροῦσα.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ ἑβδόμῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἀπριλίου 533 ἐπὶ τῆς τρίτης ὑπατείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ ἐσαεὶ Αὐγούστου.

8 *Τῷ ἐνδοξοτάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ τέκνῳ, τῷ αὐτοκράτορι Ἰουστινιανῷ Ἰωάννης ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος.* Ὑπὸ τοὺς ἐνδόξους ἐπαίνους τῆς σοφίας [καὶ] πραότητος τῆς ὑμετέρας, χριστιανικώτατε βασιλέων, τῷ καθαρωτάτῳ φωτὶ ὥσπερ τι ἄστρον ἀκτινοβολεῖ, διότι τῷ ἔρωτι τῆς πίστεως, διότι τῇ τῆς ἀγάπης σπουδῇ, ἐκπαιδευθέντες ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς διδαχαῖς, φυλάττετε τοῦ Ρωμαϊκοῦ θρόνου τὴν αἰδῶ καὶ αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτάσσετε καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου ὑπάγετε ἑνότητα, πρὸς οὗ τὸν ἀρχηγόν, τουτέστι τὸν τῶν ἀποστόλων πρῶτον, τοῦ Κυρίου λαλοῦντος προστέτακται· «ποίμαινε τὰ ἐμὰ πρόβατα».

1 Ὅτι δὲ οὗτός ἐστι πασῶν ἀληθῶς τῶν ἐκκλησιῶν κεφαλὴ καὶ τῶν πατέρων οἱ κανόνες καὶ τῶν ἡγεμόνων τὰ θεσπίσματα δηλοῦσι καὶ τῆς εὐσεβείας

verentissimi testantur affatus. patet igitur in vobis impletum fore, quod scripturae loquuntur: 'per me reges regnant et 'potentes scribunt iustitiam'. 2 Nihil est enim, quod lumine clariore praefulgeat, quam recta fides in principe: nihil est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio. nam cum auctorem vitae vel luminis utraque respiciant, recte et tenebras respuunt et nesciunt

3 subiacere defectui. Quam ob rem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integrae religionis studio sine defectu sui in tempora longiora conservet: hoc enim et sanctis credimus ecclesiis expedire. scriptum est enim: 'labiis re-'git rex', et iterum: 'cor regis 'in manu dei, et ubi voluerit, 4 'inclinabit illud'. Hoc est enim, quod vestrum firmat imperium, hoc, quod vestra regna conservat Nam pax ecclesiae, religionis unitas, auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. 5 Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia divisa secernitur, nullis insertis maculis variatur. scriptum est enim: 'quia cum rex 'iustus sederit supra sedem, non 'adversabitur sibi quicquam 6 'malignum'. Proinde serenitatis vestrae apices per Hypa-

τῆς ὑμετέρας αἱ εὐλαβέσταται προσηγορίαι μαρτυροῦσιν. Φανερὸν λοιπόν ἐστιν ὅτι ἐν ὑμῖν πληρωθήσεται ὅπερ αἱ γραφαὶ λέγουσι: «δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ δυνάσται γράφουσι δι-
2 καιοσύνην». Διότι οὐδέν ἐστιν ὅπερ τῷ λαμπροτέρῳ φωτὶ ὑπεραστράπτει, ὅσον ἡ ὀρθὴ πίστις ἐν τῷ βασιλεῖ· οὐδέν ἐστιν, ὅπερ τοσοῦτον ἀδυνατεῖ ἵνα τῇ φθορᾷ ὑποκύψῃ ὅσον ἡ ἀληθὴς θρησκεία. Διότι ὁπότε εἰς τὸν δημιουργὸν τῆς ζωῆς καὶ τοῦ φωτὸς ἑκάτερα ἀποσκοποῦσιν, ὀρθῶς καὶ τὸ σκότος ἀποπτύουσι καὶ οὐ γινώσκουσιν ὑποκύπτειν
3 τῇ ἐλλείψει. Τούτου ἕνεκεν, ἐνδοξότατε βασιλέων, ἱκεσίαις πάσαις ἐξιλεωθήσεται τὸ θεῖον κράτος, ἵνα τὴν εὐσέβειαν ὑμῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκαύσει τῆς πίστεως, ἐν ταύτῃ τῇ ἀφοσιώσει τῆς διανοίας, ἐν ταύτῃ ὁλοκλήρου τῆς θρησκείας τῇ σπουδῇ ἀδιαλείπτως εἰς χρόνους μακροτάτους διαφυλάττοι· διότι πιστεύομεν ὅτι τοῦτο καὶ ταῖς ἁγιωτάταις συμφέρει ἐκκλησίαις. Γέγραπται γάρ: «χείλεσιν ἄρχει βασιλεύς», καὶ πάλιν: «καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ θεοῦ καὶ ἔνθα βουληθῇ κλίνει αὐτήν».
4 Διότι τοῦτό ἐστιν, ὅπερ στερεοῖ τὸ ὑμέτερον κράτος, τοῦτό ἐστιν ὅπερ διαφυλάττει τὰ ὑμέτερα βασίλεια. Καθ' ὅσον ἡ εἰρήνη τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἑνότης τῆς θρησκείας, τὸν δημιουργὸν τοῦ ἔργου [τούτου] εἰς ὕψος προαγόμενον ἐν ἀγαστῇ αὐτῷ ἡσυχίᾳ φρουρεῖ.
5 Διότι οὐδὲ μικρὰ αὐτῷ ἀπονέμεται παρὰ τοῦ θείου κράτους ἀνταμοιβή, δι' οὗ οὐδὲ ρυτίσι τισὶν ἡ ἐκκλησία καθορᾶται διῃρημένη, οὐδέ τισιν ἐγκεκεντρισμέναις κηλῖσι ποικίλλεται. Γέγραπται γάρ: «ἡνίκα βασιλεὺς δίκαιος καθίσῃ ἐπὶ θρόνου, οὐκ ἐναντιωθήσε-

6 ται αὐτῷ οὐδὲν πονηρόν». Ὅθεν

tium atque Demetrium sanctissimos viros fratres et coepiscopos meos reverentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuissetis edictum amore fidei pro submovenda haereticorum intentione secundum apostolicam doctrinam, fratrum et coepiscoporum nostrorum interveniente consensu. quod, quia apostolicae doctrinae convenit, nostra auctoritate confirmamus.

7 Textus autem epistulae talis est:

Victor Iustinianus pius felix inclitus triumphator semper Augustus Iohanni sanctissimo archiepiscopo almae urbis Romae et pa-

8 *triarchae.* Reddentes honorem apostolicae sedi et vestrae sanctitati, quod semper nobis in voto fuit et est, ut decet, patrem honorantes vestram beatitudinem omnia, quae ad ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestrae sanctitatis, quoniam semper magnum nobis fuit studium unitatem vestrae apostolicae sedis et statum sanctarum dei ecclesiarum custodiri, qui hactenus obtinet et incommote permanet nulla intercedente
9 contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi orientalis tractus et subicere et unire sedi vestrae sanctitatis pro-
10 peravimus. Et in praesenti ergo quae hic commota sunt, quamvis manifesta et indubi-

γράμματα δι' Ὑπατίου καὶ Δημητρίου τῶν ἁγιωτάτων ἀνδρῶν, ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐμῶν, τῇ εἰθισμένῃ εὐλαβείᾳ ἐδεξάμεθα: καὶ τούτων δὲ τῇ ἀναφορᾷ ἐμάθομεν, ὁποῖον τοῖς πιστοῖς λαοῖς προτεθείκατε ἔδικτον ἐξ ἔρωτος τῆς πίστεως ἵνα ἐκβληθῇ ἡ τῶν αἱρετικῶν δοξασία κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, συντρεχούσης τῆς συναινέσεως τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν. Τοῦτο δέ, ἐπειδὴ τῇ ἀποστολικῇ συνᾴδει διδασκαλίᾳ, τῇ ἡμετέρᾳ κυροῦμεν αὐθεντίᾳ.

7 Τὸ δὲ κείμενον τῆς ἐπιστολῆς τοιοῦτόν ἐστιν:

Ὁ Νικητὴς Ἰουστινιανός, ὁ Εὐσεβής, ὁ Εὐδαίμων, ὁ Περίκλυτος, ὁ Τροπαιοῦχος, ὁ ἀεὶ Σεβαστὸς πρὸς Ἰωάννην τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς εὐκλεοῦς πόλεως Ῥώμης καὶ πατριάρ-
8 *χην.* Τιμὴν ἀποδίδοντες τῇ ἀποστολικῇ ἕδρᾳ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ, ὅπερ πάντοτε ἐπιθυμητὸν ἡμῖν ἦν καὶ ἔστιν, καθάπερ προσήκει, ὡς πατέρα τιμῶντες τὴν ὑμετέραν μακαριότητα, πάνθ' ὅσα εἰς τῶν ἐκκλησιῶν τὴν σύστασιν ἀνήκουσι, σπεύδομεν ἵνα φέρωμεν εἰς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, ἐπειδὴ πάντοτε μεγάλη ἐγένετο ἡμῖν σπουδή, ἵνα διαφυλάττηται ἡ ἑνότης τῆς ὑμετέρας ἀποστολικῆς ἕδρας καὶ ἡ σύστασις τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἥτις ἄχρι τοῦ νῦν κρατεῖ καὶ ἀσαλεύτως παραμένει οὐδεμιᾶς παρ-

9 εγχωρούσης ἐναντιότητος. Διὰ τοῦτο πάντας τοὺς ἱερεῖς σύμπαντος τοῦ ἀνατολικοῦ κλίματος ἐσπεύσαμεν ἵνα καὶ ὑπαγάγωμεν καὶ ἑνώσωμεν τῇ ἕδρᾳ
10 τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης. Καὶ ἐν τῷ παρόντι λοιπὸν ὅσα ἐνταῦθα ἀνεκινήθησαν, κἂν μάλιστα φανερὰ καὶ ἀναμ-

tata sint et secundum apostolicae vestrae sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme custodita et praedicata, necessarium duximus, ut ad notitiam vestrae sanctitatis 11 perveniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum et indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, quia caput est omnium sanctarum ecclesiarum. per omnia enim, ut dictum est, properamus honorem et auctoritatem crescere vestrae sedis. 12 Manifestum igitur facimus vestrae sanctitati, quod pauci quidam infideles et alieni sanctae dei catholicae atque apostolicae ecclesiae contradicere Iudaice ausi sunt adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur et glorificantur atque praedicantur, denegantes dominum nostrum Ihesum Christum, unigenitum filium dei et deum nostrum, incarnatum ex sancto spiritu et sancta atque gloriosa virgine et dei genetrice Maria hominem factum atque crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coadorandum et conglorificandum patri et spiritui sancto, consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundum ipsum impassibilem 13 deitate. Recusantes enim

φίβολά εἰσι, καὶ κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς ὑμετέρας ἀποστολικῆς ἕδρας ὑπὸ πάντων τῶν ἱερέων πάντοτε σταθερῶς φυλασσόμενα καὶ κηρυσσόμενα, ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν ἵνα εἰς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης περιέλθωσιν. 11 Διότι οὐδ' ἀνεχόμεθά τι, ὅπερ εἰς τῶν ἐκκλησιῶν τὴν σύστασιν ἀνήκει, κἂν μάλιστα φανερὸν καὶ ἀναμφίβολον ἦθελεν εἶναι τὸ κινούμενον, ἵνα μὴ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ γνωσθῇ ἁγιωσύνῃ, ἐπειδὴ κεφαλή ἐστι πασῶν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν. Διότι κατὰ πάντα, ὡς εἴρηται, σπεύδομεν ἵνα προσαυξάνωμεν τὴν τιμὴν καὶ αὐθεντίαν τῆς ὑμετέρας

12 ἕδρας. Φανερὸν λοιπὸν ποιοῦμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ ὅτι ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀπετόλμησαν ἵνα Ἰουδαϊκῶς ἀντιλέγωσιν ἐναντίον τούτων, ἅτινα ὑπὸ πάντων τῶν ἱερέων κατὰ τὴν ὑμετέραν διδασκαλίαν ὀρθῶς κεκράτηνται καὶ δοξάζονται καὶ κηρύσσονται, ἀπαρνούμενοι ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεὸς ἡμῶν, ὁ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ὁ ἐνανθρωπήσας καὶ σταυρωθείς, ὅτι εἷς ἐστι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὁμοούσιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν αὐτὸς οὗτος κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸς τῇ σαρκί, αὐτὸς δὲ οὗτος ἀπαθὴς τῇ θεότητι.

13 Διότι ἀπαρνούμενοι ὁμολογεῖν ὅτι

dominum nostrum Ihesum Christum unigenitum filium dei et deum nostrum fateri unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis videntur Nestorii malam sequentes doctrinam, secundum gratiam dicentes eum filium dei et alium dicentes deum verbum et alium Chri- 14 stum. Omnes vero sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et reverentissimi archimandritae sacrorum monasteriorum sequentes sanctitatem vestram et custodientes statum et unitatem sanctarum dei ecclesiarum, quam habent ad apostolicam vestrae sanctitatis sedem, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur et glorificant, praedicantes dominum nostrum Ihesum Christum, unigenitum filium et verbum dei et deum nostrum, ante saecula et sine tempore de patre natum, in ultimis diebus descendisse de caelis et incarnatum ex spiritu sancto et sancta atque gloriosa virgine et dei genetrice Maria natum et hominem factum et crucifixum unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coadorandum et conglorificandum patri et sancto 15 spiritui. Nec enim alium deum verbum et alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum divinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum

ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεὸς ἡμῶν, εἷς ἐστι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, φαίνονται ἀκολουθοῦντες τῇ κακῇ τοῦ Νεστορίου διδασκαλίᾳ, κατὰ χάριν λέγοντες αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ ἄλλον λέγοντες τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. Πάντες δὲ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ οἱ εὐλαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται τῶν ἱερῶν μοναστηρίων, ἀκολουθοῦντες τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ καὶ φυλάσσοντες τὴν σύστασιν καὶ ἑνότητα τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἣν ἔχουσι πρὸς τὴν ἀποστολικὴν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἕδραν, οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάσσοντες ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συστάσεως, ἥτις ἄχρι τοῦ νῦν ἐκράτησε καὶ κρατεῖ, μιᾷ συναινέσει ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι κηρύττοντες ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθείς, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις κατῆλθεν ἐξ οὐρανῶν καὶ ὅτι σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας γεννηθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας καὶ σταυρωθείς, εἷς ἐστι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ

15 ἁγίῳ πνεύματι. Διότι οὐδὲ γινώσκομεν ἄλλον θεὸν λόγον καὶ ἄλλον Χριστόν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτόν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν τῇ σαρκί, τὸν

humanitatem, passibilem carne,
eundem ipsum impassibilem
16 deitate. Ut enim est in divi
nitate perfectus, ita idem ipse
et in humanitate perfectus est:
in una enim subsistentia uni-
tatem suscipimus et confite
mur, quod dicunt Graeci τὴν
καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν.
17 Et quoniam unigenitus fi-
lius et verbum dei, ante sae
cula et sine tempore de patre
natus, idem ipse et in ultimis
diebus descendens de caelis,
incarnatus ex sancto spiritu et
sancta atque gloriosa virgine
et dei genetrice Maria et homo
factus, dominus noster Ihesus
Christus proprie et vere deus
est, ideo et sanctam et glorio-
sam virginem Mariam proprie
et vere dei matrem dicimus:
non quia deus verbum princi-
pium ex ipsa sumpserit, sed
quod in ultimis diebus descen
dit de caelis et ex ipsa incar-
natus et homo factus natus est.
18 Quem confitemur et credi-
mus, sicut dictum est, consub-
stantialem esse patri secun-
dum deitatem et consubstantia-
lem nobis eundem ipsum se-
cundum humanitatem, eiusdem
miracula et passiones, quas
sponte carne sustinuit, cogno
19 scentes. Suscipimus autem
sancta quattuor concilia, id
est trecentorum decem et octo
sanctorum patrum, qui in Ni-
caea congregati sunt, et cen
tum quinquaginta sanctorum
patrum, qui in hac regia urbe
convenerunt, et sanctorum pa
trum, qui in Epheso primo con-

16 αὐτὸν δὲ ἀπαθῆ τῇ θεότητι. Διότι,
ὡς ἐστι τέλειος ἐν τῇ θεότητι, οὕτω
αὐτὸς οὗτος τέλειός ἐστι καὶ ἐν τῇ ἀν-
θρωπότητι· διότι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τὴν
ἑνότητα ἀποδεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦ-
μεν, ὅπερ λέγουσιν οἱ Ἕλληνες τὴν
καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν.
17 Καὶ ἐπειδὴ ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ
λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ
ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθείς, αὐ-
τὸς οὗτος καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις
κατελθὼν ἐξ οὐρανῶν, ὁ σαρκωθεὶς ἐκ
πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐν-
δόξου παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας,
καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, ὁ κύριος
ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ ἀλη-
θῶς θεός ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν
καὶ ἔνδοξον παρθένον Μαρίαν κυρίως
καὶ ἀληθῶς θεοῦ μητέρα λέγομεν:
οὐχὶ διότι ὁ θεὸς λόγος τὴν ἀρχὴν ἐξ
αὐτῆς εἴληφεν, ἀλλὰ διότι ἐν ταῖς
ἐσχάταις ἡμέραις κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ
καὶ ἐξ αὐτῆς ἐσαρκώθη καὶ ἄνθρωπος

18 ἐγεννήθη. Τοῦτον ὁμολογοῦμεν
καὶ πιστεύομεν, ὡς εἴρηται, ὅτι ὁμοού-
σιός ἐστι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα
καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν
ἀνθρωπότητα, τὰ θαύματα αὐτοῦ καὶ
πάθη, ἅπερ ἑκουσίως τῇ σαρκὶ ὑπέστη,

19 ἐπιγιγνώσκοντες.' Ἀποδεχόμεθα δὲ
τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, τουτέστι
τῶν τριακοσίων δέκα ὀκτὼ ἁγίων πατέ-
ρων, οἵτινες ἐν Νικαίᾳ συνηθροίσθησαν,
καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πα-
τέρων, οἵτινες ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πό-
λει συνῆλθον, καὶ τῶν ἁγίων πατέ-
ρων, οἵτινες ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρῶτον συνη-
θροίσθησαν, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων,

gregati sunt, et sanctorum pa
trum, qui in Chalcedone con-
venerunt, sicut vestra aposto-
lica sedes docet atque praedi,
20 cat. Omnes ergo sacerdotes
sequentes doctrinam apostoli-
cae vestrae sedis ita credunt
et confitentur et praedicant.
21 Unde properavimus haec
ad notitiam deferre vestrae
sanctitatis per Hypatium et
Demetrium, beatissimos episco-
pos, ut nec vestram sanctita-
tem lateat, quae a quibusdam
paucis monachis male et Iu-
daice secundum Nestorii per-
22 fidiam denegata sunt. Peti-
mus ergo vestrum paternum
adfectum, ut vestris ad nos de-
stinatis litteris et ad sanctis-
simum episcopum huius almae
urbis et patriarcham vestrum
fratrem, quoniam et ipse per
eosdem scripsit ad vestram
sanctitatem festinans in omni-
bus sequi sedem apostolicam
beatitudinis vestrae, manife-
stum nobis faciatis, quod omnes,
qui praedicta recte confiten-
tur, suscipit vestra sanctitas
et eorum, qui Iudaice ausi sunt
rectam denegare fidem, condem-
23 nat perfidiam. Plus enim
ita et circa vos omnium amor
et vestrae sedis crescit aucto-
ritas et quae ad vos est unitas
sanctarum ecclesiarum intur-
bata servabitur, quando per
vos didicerint omnes beatissi-
mi episcopi eorum, quae ad vos
relata sunt, sinceram vestrae
sanctitatis doctrinam. petimus
autem vestram beatitudinem
orare pro nobis et dei nobis

οἵτινες ἐν Χαλκηδόνι συνῆλθον, ὥ-
σπερ ἡ ὑμετέρα ἀποστολικὴ ἕδρα δι-

20 δάσκει καὶ κηρύττει. Πάντες λοι-
πὸν οἱ ἱερεῖς οἱ ἀκολουθοῦντες τῇ διδα-
σκαλίᾳ τῆς ἀποστολικῆς ἕδρας, οὕτω
πιστεύουσι καὶ ὁμολογοῦσι καὶ κηρύτ-
21 τουσιν.' Ἐσπεύσαμεν ὅθεν ἵνα ταῦτα
εἰς γνῶσιν ἀναφέρωμεν τῆς ὑμετέρας
ἁγιότητος διὰ τῶν Ὑπατίου καὶ Δημη-
τρίου, τῶν μακαριωτάτων ἐπισκόπων,
ἵνα μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα διαλάθῃ
ὅσα παρ' ὀλίγων τινῶν μοναχῶν κακῶς
καὶ ἰουδαϊκῶς κατὰ τὴν τοῦ Νεστορίου

22 ἀπιστίαν ἀπηρνημένα εἰσίν. Αἰ-
τούμεθα λοιπὸν τὴν ὑμετέραν πατρικὴν
διάθεσιν ἵνα γραμμάτων ὑμετέρων πρὸς
ἡμᾶς πεμπομένων καὶ πρὸς τὸν ἁγιώ-
τατον ἐπίσκοπον τῆς λαμπρᾶς ταύτης
πόλεως καὶ πατριάρχην, τὸν ὑμέτερον
ἀδελφόν, ἐπειδὴ καὶ οὗτος διὰ τῶν αὐ-
τῶν [προσώπων] ἔγραψε πρὸς τὴν ὑμε-
τέραν ἁγιωσύνην, σπεύδων ἵνα ἐν πᾶ-
σιν ἀκολουθῇ τῇ ἀποστολικῇ ἕδρᾳ τῆς
ὑμετέρας μακαριότητος, φανερὸν ἡμῖν
ποιήσητε ὅτι πάντας, οἵτινες τὰ προ-
ειρημένα ὀρθῶς ὁμολογοῦσιν, ἀποδέχε-
ται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη καὶ τούτων,
οἵτινες ἰουδαϊκῶς ἐτόλμησαν ἵνα τὴν
ὀρθὴν ἀπαρνηθῶσι πίστιν, καταδικάζει
23 τὴν ἀπιστίαν. Διότι οὕτω μᾶλλον
καὶ ἡ περὶ ὑμᾶς ἀγάπη πάντων καὶ
τῆς ὑμετέρας ἕδρας αὐξάνει ἡ αὐθεν-
τία καὶ ἡ οὖσα πρὸς ὑμᾶς ἑνότης τῶν
ἁγίων ἐκκλησιῶν ἀτάραχος παραφυλα-
χθήσεται, ὁπόταν δι' ὑμῶν ἤθελον μάθῃ
πάντες οἱ μακαριώτατοι ἐπίσκοποι αὐ-
τῶν ὅσα πρὸς ὑμᾶς ἀνηνέχθησαν, τὴν
εἰλικρινῆ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης δι-
δασκαλίαν. Αἰτούμεθα δὲ ἵνα ἡ ὑμε-
τέρα μακαριότης εὔχηται ὑπὲρ ἡμῶν
καὶ προσπορίζῃ ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὴν

24 adquirere providentiam.Et alia manu: Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. *Data VIII id. Iun. Constantinopoli dn. Iustiniano perpetuo Augusto III consule. [a. 533]*

25 Liquet igitur, gloriosissime imperator, ut lectionis tenor et legatorum vestrorum relatio patefecit, vos apostolicis eruditionibus studere, cum de religionis catholicae fide ea sapitis, ea scripsistis, ea populis fidelibus publicastis, quae, sicut diximus, et sedes apostolica docet et patrum veneranda decrevit auctoritas et nos con-

26 firmavimus in omnibus. Opportunum est ergo voce clamare prophetica: 'Jucundetur, 'caelum desuper,effundant mon-'tes iucunditatem et colles lae-27 'titia laetabuntur'.Haec igi tur in tabulis cordis fideles scribere, haec ut pupillas oculorum convenit observare.

28 Neque enim quisquam est, in quo Christi caritas fervet, qui tam rectae, tam verae confessionis vestrae fidei refragator existat, cum impietatem evidenter Nestorii Eutychisque et omnium haereticorum damnantes, unam veram catholicam fidem domini et dei nostri salvatoris Ihesu Christi magisterio institutam et propheticis apostolicisque praedicationibus ubique diffusam et sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adu-

24 πρόνοιαν. Καὶ διὰ τῆς ἄλλης χειρός: ἡ θεότης διαφυλάττοι σε εἰς πολλὰ ἔτη, ἅγιε καὶ θεοφιλέστατε πάτερ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ ὀγδόῃ τῶν εἰδῶν τοῦ Ἰουνίου 533 ἐπὶ τῆς τρίτης ὑπατείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ ἐσαεὶ Αὐγούστου.

25 Φανερὸν λοιπόν ἐστιν, ἐνδοξότατε αὐτοκράτορ, ὡς τῆς τε ἐπιστολῆς τὸ ὕφος καὶ τῶν ὑμετέρων πρεσβευτῶν ἡ ἀναφορὰ ἐφανέρωσεν, ὅτι καὶ περὶ τὰς ἀποστολικὰς παιδεύσεις σπουδάζετε, ἐπειδὴ περὶ τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς θρησκείας ταῦτα φρονεῖτε, ταῦτα ἐγράψατε, ταῦτα τοῖς πιστοῖς λαοῖς ἐδημοσιεύσατε, ἅτινα, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ ἡ ἀποστολικὴ ἕδρα διδάσκει καὶ τῶν πατέρων ἡ σεβάσμιος αὐθεντία ἐψηφίσατο καὶ ἡμεῖς ἐπεκυρώσαμεν

26 ἐν πᾶσιν. Εὔκαιρον λοιπόν ἐστιν ἵνα τῇ τῶν προφητῶν ἀνακράξωμεν φωνῇ: «τερφθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, χεάτωσαν τὰ ὄρη τερπνότητα καὶ οἱ λόφοι εὐφροσύνῃ εὐφρανθήτωσαν».

27 Ταῦτα λοιπὸν προσήκει ἵνα οἱ πιστοὶ ἐν ταῖς πλαξὶ τῆς καρδίας γράφωσι, ταῦτα ἵνα ὡς τὰς κόρας τῶν

28 ὀφθαλμῶν διαφυλάττωσιν. Διότι οὐδ' ἔστι τις, παρ' ᾧ τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀγάπη ζέει, ὅστις ἐναντιούμενος ὑπάρχει τῇ τοσοῦτον ὀρθῇ, τῇ τοσοῦτον ἀληθεῖ τῆς ὑμετέρας ὁμολογίας πίστει, ὁπότε,καταδικάζοντες φανερῶς τὴν ἀσέβειαν τοῦ Νεστορίου καὶ τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ πάντων τῶν αἱρετικῶν μίαν ἀληθῆ καθολικὴν πίστιν, τῇ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ συσταθεῖσαν καὶ τοῖς προφητικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι πανταχοῦ ἐκχυθεῖσαν καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ὁμολογίαις ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κυρωθεῖσαν, ταῖς ἀποφάσεσι δὲ τῶν πατέρων καὶ τῶν σοφῶν προσαρ-

natam et nostrae doctrinae consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota deo et pia 29 mente servatis. Soli etenim vestris professionibus adversantur, de quibus divina scriptura loquitur dicens: 'posue-'runt mendacium spem suam et 'mendacio operiri speraverunt': et iterum qui secundum prophetam dicunt domino: 'recede 'a nobis, vias tuas scire nolu-'mus', propter quos Salomon dicit: 'semitas propriae cultu-'rae erraverunt, colligunt au-'tem manibus infructuosa'.

30 Haec est igitur vestra vera fides, haec certa religio, hoc beatae recordationis, ut diximus, patres omnes praesulesque Romanae ecclesiae, quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica praedicavit hactenus et inconvulse custodivit: huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum a sancta communione, alienum se ipse ab ecclesia iu-

25 *Imp. Marcianus A. Constantino pp.* Cum clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia, volentibus tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimae tuae sedis examen contra catholicos sub viro reverentissimo archiepiscopo huius urbis clericos constitutos vel contra reverentissimum oeconomum tam de ipsius quam de ecclesiasticis negotiis sibimet noverit expetendum neque in ullo alio foro vel apud quemquam alterum iudicem eosdem clericos litibus inretire et civilibus vel criminalibus nego-

1 tiis temptet innectere. Memorati autem reverentissimi clerici orthodoxarum ecclesiarum, quae sub viro religioso antistite huius inclitae urbis

πάντων καταδικασθῇ σὺν τοῖς μυσαροῖς δόγμασιν αὐτοῦ, ἐξαλειφθήτω μὲν τοῦ Εὐτυχοῦς ἡ ἐπονείδιστος μνήμη, ἀποκαλυφθήτω δὲ ἐπαινετὴ τοῦ Φλαβιανοῦ ἡ ἀνάμνησις.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ προτεραίᾳ τῶν νονῶν τοῦ Ἰουλίου 452 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Σπορακίου.

24 *Οἱ αὐτοὶ αὐτοκράτορες πρὸς Παλλάδιον ἔπαρχον πραιτωρίων* Ἐκεῖνο, ὅπερ ἐν διαθήκῃ ἢ κωδικέλλοις τοῖς πένησι καταλιμπάνεται, μὴ ἀσθενείτω ὡσεὶ ἀδήλοις προσώποις καταλιμπανόμενον, ἀλλὰ πᾶσι τρόποις ἰσχυρὸν καὶ ἔγκυρον ἔστω.

Ἐδόθη τῇ ὀγδόῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Μαΐου 4 5 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Ἀνθεμίου.

25 *Ὁ αὐτοκράτωρ Μαρκιανὸς Αὔγουστος πρὸς Κωνσταντῖνον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Ἐπειδὴ εἰς τοὺς κληρικούς, καλουμένους [ἐναγομένους] εἰς τὸ δικαστήριον, ἀνέῳκται ἡ ἐπισκοπικὴ δικαιοδοσία, βουλομένων ὅμως τῶν ἐναγόντων, ἐὰν ὁ ἐνάγων μὴ βούληται ἵνα χρήσηται τῇ κρίσει τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, γινωσκέτω ὅτι ὀφείλει ἵνα ἐξαιτήσηται ἑαυτῷ τῆς σῆς ἐξοχωτάτης ἕδρας τὴν διάγνωσιν ἐναντίον τῶν καθολικῶν κληρικῶν, τῶν ὑπὸ τὸν σεβασμιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς πόλεως ταύτης ὑπαγομένων, ἢ ἐναντίον τοῦ σεβασμιωτάτου οἰκονόμου ἔν τε τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι, καὶ παρὰ μηδενὶ ἄλλῳ δικαστηρίῳ ἢ παρὰ μηδενὶ ἄλλῳ δικαστῇ ἐπιχειρείτω ἵνα τοὺς αὐτοὺς κληρικοὺς εἰς δίκας ἐμβάλλῃ καὶ ἐν ἀστικοῖς ἢ ποινικοῖς πράγμασι περιπλέκῃ.

1 Οἱ δὲ μνημονευθέντες σεβασμιώτατοι κληρικοὶ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν, αἵτινες τελοῦσιν ὑπὸ τὸν θεοφιλῆ ἱεράρχην τῆς περικλύτου ταύτης πόλεως, ἐν τῇ δίκῃ, ἐν ᾗ, εἴτε αὐτοὶ εἴτε οἱ

sunt, in causa, in qua vel ipsi vel procuratores, quos pro se dederint, sententiarum auctoritate pulsantur, exsecutoribus, per quos coeperint conveniri, fideiussorem sacratissimae huius urbis ecclesiae oeconomum vel defensorem praebeant, qui usque ad quinquaginta libras 1a auri fideiussor existat Ipse vero reverentissimus oeconomus almae huius urbis ecclesiae lite pulsatus fideiussorem pro se non praebeat, utpote qui et aliorum clericorum fideiussor futurus est. sed fidei 1b suae commitatur. Quod si lis diversorum (excepto reverentissimo oeconomo clericorum, quae agitanda sit, memoratam summam videtur excedere, clericus lite pulsatus det exsecutori pro residua quantitate cautionem suam: cui nullum tamen insertum erit iusiurandum, quia ecclesiasticis regulis et canone a beatissimis episcopis antiquitus instituto clerici iurare prohibentur. 2 Statuimus autem, ut exsecutoribus idem reverentissimus oeconomus vel alii diversi clerici sub beatissimo archiepiscopo huius splendidissimae civitatis sententiarum tuarum auctoritate commoniti solidos duos tantummodo dent pro commonitione sua et pro institutione procuratoris, si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diversos apparitores eminentiae tuae in his, quae ex consuetudine praebentur officio, observari in causis

ἐπίτροποι, οὓς ἑαυτοῖς ἤθελον παράσχῃ, διώκονται τῇ αὐθεντίᾳ τῶν ἀποφάσεων, τοῖς ἐκβιβασταῖς |δικαστικοῖς κλητῆρσι|, δι' ὧν ἤρξαντο ἐναγόμενοι, παρεχέτωσαν ἐγγυητὴν τὸν οἰκονόμον τῆς ἁγιωτάτης ταύτης πόλεως ἢ τὸν ἔκδικον, ὅστις ἄχρι πεντήκοντα λιτρῶν χρυσίου ἐγγυητὴς

1a ὑπάρχει. Αὐτὸς δὲ ὁ ἁγιώτατος οἰκονόμος τῆς ἐκκλησίας ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως ἐναγόμενος μὴ παρεχέτω ἐγγυητὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἐπειδὴ οὗτος καὶ τῶν ἄλλων κληρικῶν μέλλει ἵνα ᾖ ἐγγυητής, ἀλλὰ τῇ πίστει αὐτοῦ καταλειπέσθω. 1b Ἐὰν δὲ ἡ δίκη τῶν διαφόρων (ἐξαιρέσει τοῦ σεβασμιωτάτου οἰκονόμου) κληρικῶν, ἥτις ἤθελε κινεῖσθαι, φαίνεται ὑπερβαίνουσα τὸ μνησθὲν ποσόν, ὁ ἐναγόμενος κληρικὸς διδότω τῷ ἐκβιβαστῇ ὑπὲρ τοῦ ὑπολοίπου ποσοῦ ἰδίαν αὐτοῦ ἀσφάλειαν. πρὸς ἣν ὅμως οὐδεὶς ὅρκος ἐπιβληθήσεται, ἐπειδὴ κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς νόμους καὶ τὸν κανόνα, τὸν ἀρχαιόθεν τεθειμένον ὑπὸ τῶν μακαριωτάτων ἐπισκόπων, οἱ

2 κληρικοὶ κωλύονται ἵνα ὀμνύωσι. Θεσπίζομεν δὲ ἵνα τοῖς ἐκβιβασταῖς ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος οἰκονόμος ἢ οἱ ἄλλοι διάφοροι κληρικοὶ ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς λαμπροτάτης ταύτης πόλεως, οἱ τῇ αὐθεντίᾳ τῶν σῶν ἀποφάσεων ὑπομιμνῃσκόμενοι, δύο χρυσοῦς μόνον δίδωσιν ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως αὐτῶν καὶ τοῦ διορισμοῦ ἐπιτρόπου, ἐὰν δι' αὐτοῦ βούλωνται δικάζεσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους διαφόρους ὑπηρέτας τῆς σῆς ἐξοχότητος, ἐν τούτοις, ἅτινα ἀπὸ συνηθείας παρέχονται τῷ λειτουργήματι κελεύομεν ἵνα παραφυλάττηται ἐν ταῖς

praedictorum clericorum iubemus, ut litis sumptus vel expensae a clericis pauciores humanioresve praestentur. *D . . [a. 456?]*

26 *Imp. Leo A. Viviano pp.* Decernimus, ut posthac neque monachi aut quicumque alius cuiuslibet status aut fortunae in aedes publicas vel in quaecumque loca populi voluptatibus fabricata venerabilem crucem et sanctorum martyrum reliquias illicite inferre conentur vel occupare audeant ea, quae vel ad publicas causas vel ad populi oblectamenta constructa sunt. cum enim religiosae aedes non desunt, possunt ibi, consultis prius ut oportet religiosissimis episcopis, reliquias martyrum non quorundam usurpatione, sed arbitrio reverentissimorum antistitum collocare. ideo patientiam et modestiam suam, quam leges nostrae et publica disciplina et ipsorum monachorum nomen exposcit, studiose unusquisque tam monachus quam cuiuslibet alterius professionis retineat et perpetuo observare procuret. *D. XVk. Oct. Patricio cons. [a. 459]*

27 *Idem A. Erythrio pp.* Quisquis emensis militiae suae stipendiis expletisque officiis sive muneribus, quae cuicumque condicioni aut consuetudine vel lege debebat, ad consortium se contulerit clericorum et inter ministros verae orthodoxae fidei maluerit et elegerit numeraitίαις τῶν εἰρημένων κληρικῶν, ὅπως τῆς δίκης τὰ ἀναλώματα ἢ αἱ δαπάναι ἐλάσσονα καὶ φιλανθρωπότερα ὑπὸ τῶν κληρικῶν παρέχωνται.

Ἐδόθη . . . ἐν ἔτει 456 (;)

26. *Ὁ αὐτοκράτωρ Λέων Αὐγούστους πρὸς Βιβιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίων.* Ψηφιζόμεθα ὅπως εἰς τὸ ἑξῆς μήτε οἱ μοναχοὶ μήτε οἱοιδήποτε ἄλλοι οἱασδήποτε ἄλλης καταστάσεως ἢ τύχης ἀποπειρῶνται ἵν' ἀθεμίτως εἰσάγωσι τὸν τίμιον σταυρὸν καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰ λείψανα εἰς οἴκους δημοσίους ἢ εἰς οἱαδήποτε μέρη διὰ τὰς τέρψεις τοῦ λαοῦ πεποιημένα, ἢ ἀποτολμῶσιν ὅπως καταλαμβάνωσι ταῦτα, ἅτινα ᾠκοδόμηνται ἢ πρὸς δημοσίας αἰτίας ἢ πρὸς ψυχαγωγίας τοῦ λαοῦ. Διότι, ὁπότε οἶκοι σεβάσμιοι οὐκ ἐλλείπουσι, δύνανται, ἐρωτηθέντων πρότερον, ὡς προσήκει, τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἵνα αὐτόθι ἀποθέτωσι τὰ λείψανα τῶν μαρτύρων οὐχ ὑφαρπαγῇ οἱωνδήποτε ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν σεβασμιωτάτων ἱεραρχῶν. Διὰ τοῦτο τὴν εὐπείθειαν καὶ σωφροσύνην αὐτῶν, ἣν οἱ ἡμέτεροι νόμοι καὶ ἡ δημοσία πειθαρχία καὶ αὐτῶν τῶν μοναχῶν τὸ ὄνομα ἀπαιτεῖ, ἐπιμελῶς ἕκαστος τοῦτο μὲν μοναχὸς τοῦτο δὲ οἱασδήποτε ἄλλης ὁμολογίας διατηρείτω καὶ σπουδαζέτω ἵνα ἐσαεὶ παραφυλάττῃ.

Ἐδόθη τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ὀκτωβρίου 459 ἐπὶ ὑπάτου Πατρικίου.

27 *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Ἐρύθριον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Ὁστισδήποτε, διανύσας τὰ τέλη τῆς ἰδίας στρατείας καὶ πληρώσας τὰ καθήκοντα ἢ τὰ λειτουργήματα, ἅτινα οἱαδήποτε τύχῃ ἢ ἀπὸ ἔθους ἢ ἀπὸ νόμου ὤφειλεν, εἰς τὸ σύστημα τῶν κληρικῶν ἤθελεν εἰσαγάγῃ ἑαυτὸν καὶ μεταξὺ τῶν λειτουργειῶν τηςἀ λθοῦς ὀρθοδόξου πίστεως

rari, nullius prorsus sententiae acerbitate revocetur nec a dei templis quibus se consecravit inopportunis intentionibus abstrahatur, sed isdem beatissimis ministeriis securus permaneat et quietus, ad quae post longi laboris lassitudinem ob reliquae vitae requiem consilio meliore protractus est: his actionibus, si quae contra eum eiusque patrimonium legitima intentione competunt, pro iuris ordine responsurus: exceptis primipilaribus, quos praeceptis tui culminis et publicis utilitatibus in perpetuum esse subiectos sacratissimae constitutionis statuta sanxerunt. *D. prid. non. Mart. Constantinopoli Leone A. III cons.* *[a. 466]*

28 *Idem A. Nicostrato pp.* Nulli licere decernimus, si testamento heres sit institutus seu ab intestato succedat seu fideicommissarius vel legatarius inveniatur, dispositionem pii testatoris infringere vel improbamente violare, adserendo incertum esse legatum vel fideicommissum, quod redemptioni relinquitur captivorum, sed modis omnibus exactum pro voluntate testatoris piae rei ne-

1 gotio proficere. Et si quidem testator significaverit, per quem desiderat redemptionem fieri captivorum, is qui specialiter designatus est legati seu fideicommissi habeat exigendi

(1) Γενικῶν ταμιῶν τοῦ στρατοῦ.

ἤθελε προτιμήσῃ καὶ ἐκλέξῃ ἵνα καταριθμῆται, μηδαμῶς ἀνακαλείσθω οὐδεμιᾶς ἀποφάσεως τῇ σφοδρότητι μηδ' ἀφελκυέσθω δι' ἀκαίρων ἐναγωγῶν ἀπὸ τῶν ναῶν τοῦ Θεοῦ, εἰς οὓς ἑαυτὸν καθιέρωσεν, ἀλλὰ παραμενέτω ἀσφαλὴς καὶ ἥσυχος εἰς ταύτας τὰς μακαριώτατας λειτουργίας, εἰς ἃς μετὰ μακροῦ κόπου τὸν κάματον κρείσσονι γνώμῃ προειλκύσθη διὰ τὸ ὑπόλοιπον τοῦ βίου: ὑποκείμενος [ὅμως] κατὰ τοῦ δικαίου τὴν τάξιν ταύταις ταῖς ἀγωγαῖς, ἐάν τινες κατ' αὐτοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἁρμόζωσιν: Ἐξαιρουμένων τῶν πριμηπυλαρίων(1), περὶ ὧν τῆς ἱερωτάτης διατάξεως τὰ παραγγέλματα ἐθέσπισαν ἵνα ἐσαεὶ ὦσιν ὑποκείμενοι τοῖς προστάγμασι τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ ταῖς δημοσίαις ὠφελείαις.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ προτεραίᾳ τῶν νονῶν τοῦ Μαρτίου ὑπατείᾳ τοῦ Λέοντος Αὐγούστου.

28 *Ὁ αὐτὸς αὐτοκράτωρ πρὸς Νικόστρατον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Ψηφιζόμεθα ὅπως μηδενὶ συγχωρῆται, ἐὰν ἐν διαθήκῃ κληρονόμος ἐγκατεστάθη εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου διαδέχηται εἴτε καταπιστευματοδόχος ἢ κληροδόχος τυγχάνῃ, ἵνα τὴν διατύπωσιν τοῦ εὐσεβοῦς διαθέτου διαρρηγνύῃ, ἢ πονηρᾷ [ἀναισχύντῳ] διανοίᾳ παραβιάζῃ, ἰσχυριζόμενος ὅτι ἀόριστός ἐστιν ἡ κληροδοσία ἢ ἡ καταπίστευσις, ἥτις ὑπὲρ ἀπολυτρώσεως αἰχμαλώτων καταλιμπάνεται, ἀλλ' ἵνα πᾶσι τρόποις ἀπαιτουμένη κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ διαθέτου τοῦ εὐσεβοῦς πράγματος τῇ αἰτίᾳ συμ-

1 βάλληται. Καὶ ἐὰν μὲν ὁ διαθέτης σημάνῃ, διὰ τίνος ἐπιθυμεῖ ἵνα γένηται ἡ ἀπολύτρωσις τῶν αἰχμαλώτων, ἐκεῖνος, ὅστις εἰδικῶς σεσημειωμένος ἐστίν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἵνα ἀπαιτῇ τὴν κληροδοσίαν ἢ τὴν καταπίστευσιν καὶ

licentiam et pro sua conscientia votum adimpleat testatoris. sin autem persona non designata testator absolute tantummodo summam legati vel fideicommissi taxaverit, quae debeat memoratae causae proficere, vir reverentissimus episcopus illius civitatis, ex qua testator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine ulla cunctatione ut convenit imple-

2 turus. Cum autem vir religiosissimus episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus, statim gestis intervenientibus earum quantitatem et tempus quo eas susceperit apud rectorem provinciae publicare debebit. post unius vero anni spatium et numerum captivorum et data pro his pretia eum manifestare praecipimus, ut per omnia impleantur tam piae deficientium voluntates: ita tamen, ut religiosissimi antistites gratis et sine ullo dispendio praedicta gesta conficiant, ne humanitatis obtentu relictae pecuniae iudiciorum dispendiis erogen-

3 tur. Quod si testator, qui huiusmodi legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit, barbarae sit nationis et de eius patria aliqua emerserit ambiguitas, vir reverentissimus episcopus civitatis eius, in qua idem testator defunctus est, itidem habeat legati seu fideicommissi petitionem defuncti propositum mo-

κατὰ τὴν ἰδίαν συνείδησιν πληρούτω τὴν εὐχὴν τοῦ διαθέτου. Ἐὰν ὅμως, προσώπου μὴ σημανθέντος, ὁ διαθέτης ἁπλούστως μόνον τὴν ποσότητα τῆς κληροδοσίας ἢ τῆς καταπιστεύσεως ὥρισεν, ἥτις ὀφείλει ἵνα τῇ μνημονευθείσῃ αἰτίᾳ συμβάλληται, ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἐκείνης τῆς πόλεως, ἐξ ἧς ὁ διαθέτης κατάγεται, ἐχέτω ἐξουσίαν ἵνα ἀπαιτῇ τὸ χάριν τούτου τοῦ πράγματος καταλειφθέν, ὀφείλων ἵνα χωρίς τινος ἀναβολῆς ἐκπληροῖ, ὡς προσήκει, τὴν εὐσεβῆ τοῦ τελευτή-

2 σαντος πρόθεσιν. Ὁπότε δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἤθελε λάβῃ τὰ τοιαῦτα χρήματα, τὰ εὐσεβεῖ γνώμῃ καταλειφθέντα, ὀφείλει ἵνα παραχρῆμα παρὰ τῷ διαικητῇ τῆς ἐπαρχίας δημοσιεύῃ, ὑπομνημάτων παρεμβαινόντων, τὴν ποσότητα αὐτῶν καὶ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ταῦτα ἐδέξατο. Μετὰ ἐνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ διάστημα παραγγέλλομεν αὐτὸν ἵνα φανεροῖ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν αἰχμαλώτων καὶ τὰ δοθέντα ὑπὲρ αὐτῶν τιμήματα, ὅπως κατὰ πάντα πληρῶνται αἱ τοσοῦτον εὐσεβεῖς τῶν τελευτώντων βουλήσεις: οὕτως ὅμως ἵνα οἱ θεοφιλέστατοι ἱεράρχαι δωρεὰν καὶ χωρίς τινος δαπάνης ποιῶσι τὰ εἰρημένα ὑπομνήματα, ἵνα μὴ τὰ χάριν φιλανθρωπίας καταλειφθέντα χρήματα εἰς τὰς δαπάνας τῶν

3 δικαστηρίων ἀναλίσκωνται. Ἐὰν δὲ ὁ διαθέτης, ὅστις τὴν τοιαύτην κληροδοσίαν ἢ καταπίστευσιν κατέλιπε μὴ σημανθέντος προσώπου, ἀπὸ βαρβάρου ἔθνους ἤθελεν εἶναι καὶ περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἀμφιβολία τις ἤθελεν ἀναφανῇ, ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐν ᾗ ὁ διαθέτης οὗτος ἐτελεύτησε, ὁμοίως ἐχέτω τῆς κληροδοσίας ἢ τῆς καταπιστεύσεως τὴν ἀπαίτησιν, ὀφείλων ἵνα πᾶσι τρό-

4 dis omnibus impleturus. Quod si in vico vel in territorio testator mortem obierit, illius civitatis vir reverentissimus episcopus exactionem habebit, sub qua vicus vel territorium esse 5 dignoscitur. Et ne pium defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate celetur, quidquid pro huiusmodi causa a testatore relictum fuerit, universi, qui id quoquumque modo cognoverint, vel in viri clarissimi rectoris provinciae vel in urbis episcopi notitiam deferendi habeant liberam facultatem: nec delatoris nomen suspicionemque formident, cum fides atque industria eorum tam laude quam honestate non careat ac pariter pietate, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint. *D. XV. k. Sept. Constantinopoli Anthemio II cons. [a. 468]*

29(1) *Impp. Leo et Anthemius AA. Zenoni duci.* Iis, qui in monasteriis degunt, non liceat monasteriis egredi vel etiam in Antiochena aliisve civitatibus versari: exceptis solis aprocrisiariis qui vocantur, quibus licentiam damus, si velint, propter necessarias tamen apocri- 1 ses intrandi. Atque hi ipsi qui ingrediuntur caveant, ne de religioso cultu vel dogmate disputent vel consiliis quae ad seditionem vel tumultum tendant simpliciores populi ani-

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

ποις ἐκπληροῖ τοῦ τελευτήσαντος τὴν 4 πρόθεσιν. Ἐὰν δὲ ὁ διαθέτης τελευτήσῃ ἐν κώμῃ ἢ ἐν περιχώρῳ, τὴν ἀπαίτησιν ἕξει ἐκείνης τῆς πόλεως ὁ σεβασμιώτατος ἐπίσκοπος, ὑφ' ἣν γινώσκεται ὑπαγομένη ἡ κώμη ἢ τὸ

5 περίχωρον. Καὶ ἵνα μὴ ἀναισχύντῳ πονηρίᾳ ἀπατεώνων καλυφθῇ [ἀποκρυβῇ] τῶν τελευτώντων ἡ εὐσεβὴς πρόθεσις, ὅ,τιδήποτε ὑπὲρ τοιαύτης αἰτίας ὑπὸ τοῦ διαθέτου ἤθελε καταλειφθῇ, ἅπαντες, οἵτινες καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἤθελον μάθῃ τοῦτο, ἐχέτωσαν ἐλευθέραν ἐξουσίαν ἵνα φέρωσιν εἰς γνῶσιν τοῦ ἐκλαμπροτάτου διοικητοῦ τῆς ἐπαρχίας ἢ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου: μηδὲ φοβείσθωσαν τοῦ καταδότου τὸ ὄνομα καὶ τὴν ὑποψίαν, ἐπειδὴ ἡ πίστις καὶ ἡ σπουδὴ αὐτῶν τοῦτο μὲν ἐπαίνου, τοῦτο δὲ χρηστότητος οὐ στερεῖται, ἐξ ἴσης δὲ καὶ εὐσεβείας, ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν εἰς τὰς δημοσίας ἀκοὰς καὶ τὸ φῶς κατήγαγον.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Σεπτεμβρίου 4ν8 ἐπὶ τῆς δευτέρας ὑπατείας τοῦ Ἀνθεμίου.

29(1) *Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ἀνθέμιος ΑΑ. Ζήνωνι στρατηγῷ.* Οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις διατρίβοντες μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τῶν μοναστηρίων ἢ καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι, ὑπεξαιρουμένων μόνον τῶν καλουμένων ἀποκρισιαρίων, οἷς ἄδειαν παρέχομεν ἐθέλουσι διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις 1 εἰσιέναι. Καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιούμενοι τὰς εἰσόδους φυλαττέσθωσαν περὶ θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι, ἢ συμβουλαῖς τισι πρὸς στάσιν ἢ ταραχὴν ὁρώσαις τὰς ἁπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν· γινώσκον-

mos pervertant, cum sciant, si nostrae pietatis iussa praetermiserint, legum severitati se subici. *D. k. Iun. Constantinopoli Leone A. IIII et Probiano conss. [a. 471]*

30 (31) *Idem AA. Armasio pp.* Si quemquem vel in hac urbe regia vel in ceteris provinciis, quae toto orbe diffusae sunt, ad episcopatus gradum provehi deo auctore contigerit, puris hominum mentibus nuda electionis conscientia sincero om-

1 nium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur: qualiter quisque mereatur, non quantum dare sufficiat aestimetur, 2 Profecto enim quis locus tutus et quae causa esse poterit excusata, si veneranda dei templa pecuniis expugnantur? quem murum integritati aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames penetralia veneranda proserpit? quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorru- 3 pta corrumpitur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiae et a sacris adytis repellatur piaculare flagitium. ita castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut, locorum quoquumque pervenerit, omnia vitae propriae in- 4 tegritate purificet. Non pretio, sed precibus ordinetur antistes. tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quaeratur cogendus, rogatus recedat, in-

τες, ὡς ἀμελοῦντες τῶν προστεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρίᾳ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς καλένδαις τοῦ Ἰουνίου 471 ἐπὶ τῆς τετάρτης ὑπατείας τοῦ Λέοντος Αὐγούστου καὶ τῆς τοῦ Προβιανοῦ.

30 (31) *Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι πρὸς Ἀρμάσιον ἔπαρχον Πραιτωρίων.* Ἐὰν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει ἢ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις, αἵτινες καθ' ὅλην τὴν γῆν εἰσὶ διακεχυμέναι, συμβῇ ἵνα τοῦ θεοῦ εὐδοκοῦντος προαχθῇ τις εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμόν, ἁγναῖς τῶν ἀνθρώπων διανοίαις, γυμνῇ τῇ τῆς ἐκλογῆς συνειδήσει, εἰλικρινεῖ πάντων 1 κρίσει τοῦτο γιγνέσθω. Μηδεὶς ὠνίῳ τιμήματι ἀγοραζέτω βαθμὸν ἱερατικόν: ἕκαστος κρινέσθω ὁποίου τυγχάνει ἄξιος, οὐχὶ δὲ ὁπόσον εὐπορεῖ ἵνα δώσῃ.

2 Διότι ἀληθῶς ποῖος τόπος ἠδύνατο ἵνα ᾖ ἀσφαλὴς καὶ ποία αἰτία δεδικαιολογημένη, ἐὰν οἱ σεβάσμιοι τοῦ θεοῦ ναοὶ διὰ χρημάτων ἐκπορθῶνται; ποῖον δὲ τεῖχος τῇ ἀκεραιότητι ἢ ὀχύρωμα τῇ πίστει δυνάμεθα προϊδεῖν, ἐὰν τοῦ χρυσοῦ ἡ βουλιμία προσερπύζῃ εἰς τὰ ἱερὰ ἄδυτα; τί τέλος θὰ ἠδύνατο ἵνα ᾖ ἀσφαλὲς καὶ βέβαιον, ἐὰν ἡ ἀδιάφθορος ἁγιότης διαφθείρε- 3 ται; παυσάσθω ἐπικείμενος τοῖς βωμοῖς ὁ βέβηλος ἔρως τῆς φιλαργυρίας καὶ ἐκβληθήτω τὸ ἀνόσιον αἶσχος ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀδύτων. Οὕτω σώφρων καὶ ταπεινὸς ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἐκλεγέσθω ὁ ἐπίσκοπος, ἵνα, ὁπουδήποτε τῶν τόπων ἤθελε περιέλθῃ, τὰ πάντα ἀποκαθαίρῃ τοῦ ἰδίου βίου τῇ 4 ἀκεραιότητι. Μὴ διὰ τιμήματος, ἀλλὰ διὰ δεήσεων διοριζέσθω ὁ ἱεράρχης. Τοσοῦτον δὲ ὀφείλει ἀπέχειν ἀπὸ σπουδαρχίας [φιλοδοξίας], ὥστε νὰ ζητῆται ὡς μέλλων νὰ ἐξαναγκασθῇ, παρακαλού-

vitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus, cum sane quisquis hanc sanctam et venerandam antistitis sedem pecuniae interventu subiisse aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et laesae maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore privari, sed perpetuae quoque infamiae damnari decernimus, ut eos, quos facinus par coinquinat et aequat, utrosque similis poena comitetur. *D. VIII id.Mart. Constantinopoli Zenone et Marciano conss.* *[a. 469]*

31 (32) *Idem AA. Dioscoro pp.* Orphanotrophos huius inclitae urbis nulla subtilitate iuris obsistente eorum quidem qui pupilli sunt quasi tutores, adulescentium vero quasi curatores sine ullo fideiussionis gravamine in emergentibus causis tam in iudicio quam extra iudicium, ut opus exegerit, ad similitudinem tutoris et curatoris personas et negotia eorum, si qua possint habere, defendere ac vindicare iubemus: ita videlicet, ut praesentibus publicis personis, id est tabulariis, aut intervenientibus gestis in hac quidem inclita urbe apud virum perfectissimum magistrum census, in provinciis

μενος νὰ ὑπαναχωρῇ, προσκαλούμενος δὲ ν' ἀποφεύγῃ. Μόνη δὲ βοηθήσει αὐτῷ ἡ ἀνάγκη ἵν' ἀποποιηθῇ. Διότι ἀληθῶς ἀνάξιός ἐστι τοῦ ἱερατείου, ἐὰν μὴ ἄκων διορισθῇ, ὁπότε δέ τις ἀποκαλύπτεται ὅτι χρημάτων παρεμβάσει ὑπεισῆλθε τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ σεβασμίαν τοῦ ἱεράρχου ἕδραν, ἤ, ἐάν τις ἀποκαλύπτηται ὅτι ἔλαβέ τι ἵνα ἄλλον διορίσῃ ἢ ἐκλέξῃ, κατηγορίας προτιθεμένης ὥσπερ περὶ δημοσίου ἐγκλήματος καὶ καθοσιώσεως ἀπὸ τοῦ βαθμοῦ τοῦ ἱερατείου καθαι-

ρείσθω. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ψηφιζόμεθα, ὅπως ἐφεξῆς τῆς τιμῆς ἀποστερῆται, ἀλλ' ὅπως καὶ διηνεκῶς ἀτιμίᾳ καταδικάζηται, ἵνα ὁμοία ποινὴ ἐπακολουθῇ ἑκατέροις τούτοις, οὓς ἴσον ἔγκλημα μιαίνει καὶ ἐξισοῖ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ ὀγδόῃ τῶν εἰδῶν τοῦ Μαρτίου 469 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ.

31 32) *Οἱ αὐτοὶ Αὐγουστοι πρὸς Διόσκουρον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Οἱ ὀρφανοτρόφοι τῆς ἐνδόξου ταύτης πόλεως, οὐδεμιᾶς λεπτολογίας τοῦ δικαίου ἐναντιουμένης, ἐκ τούτων ὅσοι μὲν τοῦ ἀνήβου εἰσὶν οἱονεὶ ἐπίτροποι, τῶν δὲ ἀφηλίκων οἱονεὶ κηδεμόνες, κελεύομεν ἵνα δίχα τινὸς βάρους ἐγγυήσεως ἐν ταῖς ἀναφυομέναις αἰτίαις, τοῦτο μὲν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τοῦτο δὲ ἔξω τοῦ δικαστηρίου, ὡς ἡ ἀνάγκη ἤθελεν ἀπαιτήσῃ, κατὰ μίμησιν τοῦ ἐπιτρόπου καὶ κηδεμόνος ὑπερασπίζωσι καὶ ἐκδικῶσι τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν, ἐὰν δύνανται ἔχειν τινά: οὕτω δηλονότι, ἵνα παρόντων δημοσίων προσώπων, τουτέστι συμβολαιογράφων, ἢ παρεμβαινόντων ὑπομνημάτων ἐν ταύτῃ μὲν τῇ ἐνδόξῳ πόλει παρὰ τῷ τελειοτάτῳ ἄρχοντι τῆς

vero apud moderatores earum vel defensores locorum res eorum eis tradantur, a quibus sunt custodiendae: ut, si quas earundem rerum propter fenus forsitan vel aliam urguentem causam vel eo quod servari non possunt alienare perspexerint, prius habita aestimatione licebit eis alienationis inire contractum, ut pretia eorum quae exinde colliguntur, ab isdem

personis custodiantur. Huiusmodi autem pium atque religiosum officium pro tempore orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime ratiociniis tutelaribus seu curationibus obnoxii sint. grave enim atque iniquum est callidis quorundam, si ita contigerit, machinationibus eos vexari, qui propter timorem dei a parentibus atque substantiis destitutos minores sustentare ac velut paterna adfectione educare festinant. *D. k. Iun. Constantinopoli Marciano cons.* *[a. 472]*

32 (33) *Idem AA. Erythrio pp.* Omnes, qui ubicumque sunt vel posthac fuerint orthodoxae fidei sacerdotes et clerici, cuiuscumque gradus sunt, monachi quoque in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia iudicis ad extranea iudicia pertrahantur aut provinciam vel locum aut regionem quam habitant exire cogantur. nullus eorum ecclesias vel monasteria propria, quae religionis intuitu habi-

ἀπογραφῆς, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς διοικηταῖς αὐτῶν ἢ τοῖς ἐκδίκοις τῶν τόπων τὰ πράγματα αὐτῶν παραδίδωνται αὐτοῖς, ὑφ' ὧν δέον νὰ φυλάσσωνται: ἵνα, ἐὰν ἤθελον διανοηθῇ ὅπως τινὰ τῶν πραγμάτων τούτων ἀπαλλοτριώσωσιν ἕνεκεν τυχὸν δανείου ἢ ἄλλης ἐπειγούσης αἰτίας ἢ διότι οὐ δύνανται φυλάττεσθαι, γιγνομένης πρότερον ἀποτιμήσεως συγχωρῆται αὐτοῖς νὰ συνάπτωσι τὸ τῆς ἀπαλλοτριώσεως συνάλλαγμα, ὅπως τὰ τιμήματα αὐτῶν, τὰ ἐντεῦθεν συλλεγόμενα, ὑπὸ τῶν αὐτῶν φυλάσσωνται προσώπων. Τὸ τοιοῦτο δὲ εὐσεβὲς καὶ εὐλαβὲς καθῆκον προσήκει ὅπως οἱ κατὰ καιροὺς ὀρφανοτρόφοι οὕτως ἐπιτελῶσιν, ὥστε μηδαμῶς νὰ ὦσιν ὑποκείμενοι λογισμοῖς ἐπιτροπικοῖς ἢ κηδεμονικοῖς. Διότι βαρὺ καὶ ἄδικόν ἐστιν ἵνα ταῖς πονηραῖς τινων, ἐὰν οὕτω ἤθελε συμβῇ, μηχανεύσεσι παρενοχλῶνται οὗτοι, οἵτινες διὰ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ σπουδάζουσιν νὰ συντηρῶσι καὶ ὡσεὶ πατρικῇ διαθέσει ἀνατρέφωσι τοὺς ἀνηλίκους τοὺς ἀπὸ τῶν γονέων καὶ τῶν οὐσιῶν ἐγκαταλελειμμένους.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς καλένδαις τοῦ Ἰουνίου 47[illegible] ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Μαρκιανοῦ.

32 (33) *Οἱ αὐτοὶ Αὐγουστοι πρὸς Ἐρύθριον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Πάντες, οἵτινες ὁπουδήποτέ εἰσιν ἢ ἐφεξῆς ἤθελον εἶναι ἱερεῖς καὶ κληρικοὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, οἱουδήποτε βαθμοῦ εἰσι, πρὸς δὲ καὶ οἱ μοναχοί, ἐν ταῖς ἀστικαῖς δίκαις ἐκ τῆς ἀποφάσεως οὐδενὸς παντελῶς μείζονος ἢ ἐλάσσονος δικαστοῦ διασυρέσθωσαν εἰς ἐξωτερικὰ δικαστήρια ἢ ἐξαναγκαζέσθωσαν ἵνα ἐξέρχωνται τῆς ἐπαρχίας, τοῦ τόπου ἢ τῆς χώρας, ἣν κατοικοῦσιν. Μηδεὶς αὐτῶν κελευέσθω ἵνα ἀθλίᾳ ἀνάγκῃ καταλιμπάνῃ τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰ οἰ-

tant, relinquere miserabili necessitate iubeatur, sed apud suos iudices ordinarios, hoc est provinciarum rectores, locis quibus degunt et ecclesiarum ministeriis obsecundant, omnium contra se agentium suscipiant actiones, ut his saltem horis atque temporibus, quibus religiosos viros a turbulenta observatione praetorii vacare contigerit cumque eos ad tempus petitorum intentio calumniosa laxaverit, ad sua se monasteria et venerabiles ecclesias conferentes sapienti animo, precatione sollicita faciliusque de proximo sacrosanctis altaribus obsecundent in suis laribus et domiciliis con-
1 stituti. In hac autem regia urbe si quando cuiuscumque rei causa episcopos vel presbyteros ceterosque clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsequuntur, sive monachos ex aliis quibuscumque provinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quisquam vocare voluerit, in nullo alio sit licitum memoratos cuiquam pulsare iudicio, nisi in tuae sublimitatis dumtaxat examine, ubi eis et beatitudinis honor debitus reservetur et oratorum adfluens in defensionibus copia large
2 praestetur. Praeterea cum in provinciis ex eius qui regit provinciam fuerint sententia vel interlocutione conventi sive illi sacerdotes seu cuiuscumque gradus clerici sive monachi habeantur, dummodo approbentur orthodoxi, qui in

κεῖα μοναστήρια, ἅτινα τῆς θρησκείας τῷ λόγῳ κατοικοῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἰδίοις τακτικοῖς δικασταῖς, τουτέστι τοῖς διοικηταῖς τῶν ἐπαρχιῶν, ἐν οἷς τόποις διάγουσι καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ταῖς ὑπηρεσίαις ἀκολουθοῦσιν, ὑποδεχέσθωσαν τὰς ἀγωγὰς πάντων τῶν ἐναντίον αὐτῶν ἐναγόντων, ἵνα τοὐλάχιστον ἐν ταύταις ταῖς ὥραις καὶ τοῖς καιροῖς, ἐν οἷς ἤθελε συμβῇ οἱ εὐλαβεῖς ἄνδρες νὰ σχολάσωσιν ἀπὸ τῆς θορυβώδους τοῦ πραιτωρίου διαδικασίας καὶ ὁπότε ἤθελεν ἀπολύσῃ αὐτοὺς πρὸς καιρὸν τῶν ἐναγόντων ἡ συκοφαντικὴ ἐναγωγή, εἰς τὰ ἴδια μοναστήρια καὶ τὰς σεβασμίας ἐκκλησίας ἐπιστρέφοντες σώφρονι θυμῷ, διαπύρῳ προσευχῇ καὶ εὐχερέστερον ἐκ τοῦ πλησίον τοῖς ἁγιωτάτοις βωμοῖς ὑπηρετῶσιν, ἐν ταῖς ἑστίαις καὶ τοῖς οἴκοις αὐτῶν ὑπάρχον-
1 τες. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ βασιλίδι πόλει, ἐάν ποτε οἱουδήποτε πράγματος ἕνεκεν ἤθελε συμβῇ νὰ εὑρεθῶσιν ἐπίσκοποι ἢ πρεσβύτεροι καὶ ἄλλοι κληρικοί, οἵτινες ταῖς ἁγιωτάταις ἀκολουθοῦσιν ἐκκλησίαις, ἢ μοναχοὶ ἐξ οἱωνδήποτε ἄλλων ἐπαρχιῶν, οὓς ὅμως βούλεταί τις ἵνα εἰς δίκην καλέσῃ, ἐν μηδενὶ ἄλλῳ δικαστηρίῳ ἐξέστω τινὶ ὅπως τοὺς μνημονευθέντας ἐνάγῃ,εἰμὴ μόνον ἐν τῇ τοῦ σοῦ ὕψους διαγνώσει, ἔνθα διαφυλαχθήσεται αὐτοῖς καὶ τῆς ἁγιότητος ἡ ὀφειλομένη τιμὴ καὶ ἄφθονος ρητόρων εὐχέρεια ἐν ταῖς δικαιολογίαις εὐρέως παρασχεθήσεται [αὐτοῖς].

2 Πρὸς τούτοις, ὁπότε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐξ ἀποφάσεως ἢ παρεμπιπτούσης διαγνώσεως τοῦ διοικοῦντος τὴν ἐπαρχίαν ἤθελον προσκαλεῖσθαι εἴτε οὗτοι ἱερεῖς ἢ οἱουδήποτε βαθμοῦ κληρικοὶ εἴτε μοναχοὶ ἤθελον εἶναι, ἀρκεῖ μόνον ν'ἀποδεικνύωνται ὀρθόδοξοι, ὅσοι ἐν ταῖς οἰκείαις αἰτίαις ἢ τοῖς συναλλάγμασι

propriis causis contractibusve pulsantur non alios quam ecclesiae propriae defensores seu quos oeconomos appellant fideiussores praebeant, ne, dum exsecutoris pertinax et avara protervitas extraneos fideiussores flagitat, multiglex innoxiae paupertati infligatur in-
3 commodum. In hac autem regia urbe inventi ex quacumque provincia venientes, cum in tuae amplitudinis iudicio, quod eis solum delegavimus, lite pulsati fuerint, reverentissimi orthodoxae fidei sacerdotes certe oeconomi aut ecclesiae defensores seu clerici in causis civilibus suis sive ecclesiasticis nulla praebendi fideiussoris molestentur iniuria, sed aut vicariis fideiussionibus contradantur, quas tamen stipulationum sollemnis cautela vallaverit, aut cautionibus et professioni propriae ac facultatum suarum obligationibus
4 commitantur. Hoc nihilo minus observando, ut in causis ecclesiasticis nullum alium conveniri fas sit nisi eum, quem dispensatorem pauperum, id est oeconomum ecclesiae, episcopi tractatus elegerit (hunc enim sine dubio a sacerdote convenit ordinari): quem tamen conventum defensoris ecclesiae fidei committi praecipi-
5 mus. Exsecutoribus in minoribus quidem iudiciis omnibus in ipsa coventione sacerdotum seu clericorum non amplius quam unum semissem aut sperantibus aut etiam au-

διώκονται, μὴ παρεχέτωσαν ἄλλους ἐγγυητὰς εἰ μὴ τοὺς τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ἐκδίκους ἢ οὓς οἰκονόμους καλοῦσιν, ὅπως μή, ἐν ᾧ τοῦ ἐκβιβαστοῦ ἡ αὐθάδης καὶ φιλάργυρος ἰταμότης ἐγγυητὰς ἐξωτικοὺς ἀπαιτεῖ, ζημία πολυειδὴς προσγίγνηται τῇ ἀναιτίῳ πενίᾳ.

3 Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ βασιλίδι πόλει εὑρισκόμενοι, ἐξ οἱασδήποτε ἐπαρχίας ἐρχόμενοι, ὁπότε ἐν τῷ τοῦ σοῦ μεγέθους δικαστηρίῳ, ὅπερ μόνον αὐτοῖς ἀφωρίσαμεν, ἐν δίκῃ ἤθελον ἐνάγεσθαι, οἱ θεοφιλέστατοι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἱερεῖς ἢ οἰκονόμοι ἢ ἐκκλησιέκδικοι ἢ κληρικοὶ ἐν ταῖς ἀστικαῖς αὐτῶν αἰτίαις [δίκαις] ἢ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς μηδεμιᾷ ὕβρει ἐνοχλείσθωσαν ἐπὶ τῷ παρέχειν ἐγγυητήν, ἀλλ' ἢ ἀμοιβαίαις ἐγγυήσεσιν ἀντιδιδόσθωσαν [ἐὰν πλείονες ὦσιν οἱ ἐναγόμενοι], ἃς ὅμως ἡ εἰθισμένη τῶν ἐπερωτήσεων ῥήτρα ἤθελεν ὀχυροῖ, ἢ ἀσφαλείαις καὶ τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ καὶ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν ταῖς ἐνεχυράσεσι καταπιστευέσθωσαν.

4 Τούτου οὐδὲν ἧττον παραφυλασσομένου, ἵνα ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς αἰτίαις ὅσιον ᾖ ὅπως μηδεὶς ἄλλος ἐνάγηται εἰμὴ ἐκεῖνος, ὃν τῶν πενήτων διοικητήν, τουτέστιν οἰκονόμον τῆς ἐκκλησίας, ἤθελεν ἐκλέξῃ τοῦ ἐπισκόπου ἡ ζήτησις (διότι ἀναμφιβόλως ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως προσήκει νὰ ὁρίζηται οὗτος)· ὃν ὅμως ἐναγόμενον παραγγέλλομεν ἵνα τοῦ ἐκκλησιεκδίκου τῇ

5 πίστει καταλιμπάνηται. Τῶν δὲ ἐκβιβαστῶν ἐν πᾶσι μὲν τοῖς ἐλάσσοσι δικαστηρίοις κατ' αὐτὴν τὴν ἐναγωγὴν τῶν ἱερέων ἢ τῶν κληρικῶν μὴ ἐλπιζόντων ἢ καὶ τολμώντων νὰ λαμβάνωσι πλέον τοῦ ἑνὸς ἡμιασσαρίου. Ἐὰν

dentibus accipere. si vero apparitor tuae magnitudinis ex sententia tuae sedis amplissimae in provincia degentes eos monuerit, iubemus non amplius eum quam duos solidos sportularum nomine percipere. in hac vero urbe magnifica idem apparitor tuae magnitudinis uno aureo sportularum gratia a provincialibus clericis contentus sit, quantaelibet summae qui conventus fuerit expona-
6 tur obnoxius. Praeterea nullus exsecutor vexare contumeliis clericos ullos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conviciis aut corporalibus iniuriis fatigare conetur: his, qui huiusmodi aliquid adgressi fuerint, post amissionem cinguli et patrimonii ultima protinus animadversione
7 plectendis. Privilegiis sane singulis quibuscumque sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei, xenodochiis sive ptochiis tam generaliter quam specialiter attributis perpetuo reservandis, nullis eas earumque sacerdotes aut clericos cuiuslibet gradus aut monachos vel ptochos aut xenodochos orthodoxae fidei deputatos extraordinariis muneribus praecipimus praegravari. eas enim sarcinas oneris, quas plerisque personis diversa ratione remittimus, imponi beatissimis viris nostro saeculo inconveniens
8 esse iudicamus. Praeterea ne cui temeritas sua lucrativa concedatur et ut impudens calumniantium refrenetur auda-

δὲ ὁ ὑπηρέτης τοῦ σοῦ μεγέθους ἐξ ἀποφάσεως τῆς σῆς ἐπιφανεστάτης ἕδρας ἤθελεν ὑπομνήσῃ [προσκαλέσῃ] αὐτοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ διάγοντας, κελεύομεν ἵνα οὗτος τῶν συνηθειῶν ὀνόματι μὴ λαμβάνῃ πλέον τῶν δύο χρυσῶν. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ μεγαλοπρεπεῖ πόλει ὁ αὐτὸς ὑπηρέτης τοῦ σοῦ μεγέθους τῶν συνηθειῶν χάριν ἀρκεσθήτω ἑνὶ χρυσῷ ἀπὸ τῶν ἐπαρχιακῶν κληρικῶν, οἱῳδήποτε ποσῷ ὁ ἐναγόμενος ἤθελε προβάλλεσθαι ἐνεχόμενος.

6 Πρὸς τούτοις μηδεὶς ἐκβιβαστὴς ἀποτολμάτω ἵνα δι' ὕβρεων ταράττῃ μηδένα κληρικόν, ἵνα μηδεμιᾷ παρώσει ἐνοχλῇ, ἵνα μηδεμιᾷ λοιδορίᾳ ὀνειδίζῃ ἢ σωματικαῖς ἀδικίαις καταπονῇ· ἐκεῖνοι δέ, οἵτινες τοιοῦτόν τι ἤθελον ἐπιχειρήσῃ, μετὰ τὴν ἀποβολὴν τῆς ζώνης καὶ τῆς οὐσίας τῇ ἐσχάτῃ ποινῇ

7 εὐθὺς κολασθήσονται. Τῶν καθ' ἕκαστον δὲ μάλιστα προνομίων, τῶν οἱαισδήποτε ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἢ ξενοδοχείοις ἢ πτωχείοις γενικῶς τε καὶ εἰδικῶς ἀπονενεμημένων, παραφυλασσομένων [αὐταῖς], καὶ οἱ τούτων ἱερεῖς ἢ κληρικοὶ οἱουδήποτε βαθμοῦ ἢ μοναχοὶ ἢ πτωχοτρόφοι ἢ ξενοδόχοι, οἱ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἀφωρισμένοι, παράγγελλομεν ἵνα μηδενὶ ἐκτάκτῳ λειτουργήματι ἐπιβαρύνωνται. Διότι ταῦτα τὰ φορτία τοῦ βάρους, ἅτινα πλείστοις προσώποις ἐκ διαφόρων λόγων ἀφίεμεν, κρίνομεν ὅτι ἀπρεπές ἐστιν ἵνα ἐν τῷ ἡμετέρῳ αἰῶνι τοῖς μακαριωτάτοις ἐπιβάλλων-

8 ται ἀνδράσιν. Πρὸς τούτοις ἵνα μὴ συγχωρῆταί τινι ἡ κερδαλέα θρασύτης αὐτοῦ καὶ ἵνα χαλινωθῇ ἡ ἀναιδὴς τῶν συκοφαντούντων αὐθάδεια, κελεύο-

cia, iubemus, quotiens ii, qui sacerdotes seu clericos seu monachos ceterosque superius designatos vel in tuae magnitudinis examine vel in provinciali iudicio proposita actione convenerint, si causa cognita convicti fuerint sine iusta eos et legitima petitione pulsasse, omnes eis legitimas expensas sumptusque, quos ab exordio coeptae controversiae ipsorum vitio tolerasse eos constiterit, redhibere cogantur, ut hac saltem censurae iustissimae formidine revocati improbis adsidue conflictationibus occupati adquiescant se iam sopitis clamoribus iurgiorum magistra deinceps necessitate retinere. *Datum Constantinopoli pridie nonas April. Marciano cons.* [*a.* 472]

33 (34) *Idem. AA. Erythrio pp.* Sacrosanctae orthodoxae fidei episcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui semel probatis moribus integritate castissima ad hunc gradum meruerint pervenire, ea, quaecumque in eodem clericatus grādu locoque viventes adquirere et habere potuerint, etiamsi in patris avique aut proavi potestate constituti sunt et adhuc superstites habentur, tamquam bona propria vindicent: de his, si quando eis libitum fuerit, testandi vel donandi vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa, ut ea bona quoquo tempore numquam fratribus vel sororibus aut ex his

μεν ὅπως, ὁσάκις οὗτοι, οἵτινες ἀγωγῆς προτιθεμένης ἤθελον ἐναγάγῃ ἱερεῖς ἢ κληρικοὺς ἢ μοναχοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἀνωτέρω μνημονευομένους ἢ ἐν τῇ τοῦ σοῦ μεγέθους διαγνώσει ἢ ἐν ἐπαρχιακῷ δικαστηρίῳ, ἐάν, διαγνωσθείσης τῆς αἰτίας ἐλεγχθῶσιν ἄνευ δικαίας καὶ νομίμου ἀπαιτήσεως δεδιωκότες αὐτούς, ἐξαναγκάζωνται ν' ἀποκαθιστῶσιν αὐτοῖς πάντα τὰ νόμιμα ἀναλώματα καὶ δαπανήματα, ἅπερ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς καταρξαμένης δίκης ὡμολόγηται ὅτι ἐξ αἰτίας ἐκείνων [τῶν ἐναγόντων] αὐτοὶ ὑπέστησαν, ἵνα ἀνακαλούμενοι τούτῳ τοὐλάχιστον τῷ φόβῳ τῆς δικαιοτάτης ποινῆς οἱ ἐπιμόνως ἐν ἀνηθίκοις ἀσχολούμενοι συγκρούσεσι στέργωσι, κατευνασθέντων ἤδη τῶν θορύβων τῶν δικῶν, νὰ συγκρατῶσιν ἑαυτοὺς ἐφεξῆς, τῆς ἀνάγκης ἐπιτασσούσης [τοῦτο].

Ἐδόθη ἐν Κωνστ ντινουπόλει τῇ πρ(τερείᾳ τῶν νονῶν τοῦ Ἀπριλίου 472 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Μαρκιανοῦ.

33 (34) *Οἱ αὐτοὶ Αὐγουστοι πρὸς Ἐρύθριον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Τῆς ἁγιωτάτης ὀρθοδόξου πίστεως οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρεσβύτεροι, πρὸς δὲ καὶ οἱ διάκονοι, οἵτινες, ἅπαξ δοκιμασθέντων τῶν ἠθῶν, τῇ ἀγνοτάτῃ ἀκεραιότητι ἠξιώθησαν ἵνα εἰς τοῦτον τὸν βαθμὸν περιέλθωσι, ταῦτα, ἅτινα ἠδυνήθησαν ν' ἀποκτήσωσι καὶ ἔχωσιν ἐν τούτῳ· τοῦ κλήρου τῷ βαθμῷ καὶ τῇ τάξει βιοῦντες, κἂν ἐν τοῦ πατρός, τοῦ πάππου ἢ τοῦ προπάππου τῇ ἐξουσίᾳ διατελῶσι καὶ εἰσέτι ἐπιζῶσιν [οὗτοι] ὡσανεὶ πράγματα ἴδια ἐκδικείτωσαν: καὶ περὶ τούτων, ἐάν ποτε ἀρεστὸν αὐτοῖς γένηται, ἐλευθέρα ἐξουσία συγχωρεῖται [αὐτοῖς] τοῦ διατιθέναι ἢ δωρεῖσθαι ἢ οἱῳδήποτε ἄλλῳ τίτλῳ ἀπαλλοτρ οῦν, ἵνα ταῦτα τὰ πράγματα ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ μηδαμῶς ἀπονέμων-

genitis conferantur, sed ad eorum filios posteros et quoscumque extraneos heredes perveniant nec a patribus avis aut proavis, sed ab ipsorum liberis tamquam praecipua vindicentur, certe his procedant, quibus ipsi id peculium vel inter vivos alienatione habita vel mortis tempore ultima et vere cognita voluntate concesserint. *D. prid. non. April. Marciano cons.* *[a. 472]*

34 (35) *Idem. AA. Dioscoro pp.* Omnia privilegia, quae a retro principibus aut a nostra serenitate vel iudiciariis dispositionibus aut liberalitatibus pro singulis quibuscumque temporibus vel consuetudine sive circa ius metatorum sive in aliis quibuslibet rebus praestita sunt orphanotrophio sive asceteriis vel ecclesiis aut ptochiis seu xenodochiis aut monasteriis atque ceteris hominibus etiam ac rebus iuris eorum ad curam Niconis viri religiosissimi presbyteri et orphanotrophi vel ad eos, qui post eum loco eius successerint, pertinentibus ad similitudinem Zotici beatissimae memoriae, qui prius huismodi pietatis officium invenisse dicitur, per hanc pragmaticam sanctionem firma illibataque in perpetuum custodiri decernimus. valde etenim hoc videtur esse necessarium, cum exinde sustentaται τοῖς ἀδελφοῖς ἢ ταῖς ἀδελφαῖς ἢ τοῖς ἐκ τούτων γεγενημένοις, ἀλλ' ἵνα παρέχωνται εἰς τοὺς παῖδας αὐτῶν, εἰς τοὺς [ἀπωτέρω] ἐπιγιγνομένους καὶ οἱουσδήποτε ἐξωτικοὺς κληρονόμους, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν πατέρων, πάππων ἢ προπάππων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐκείνων παίδων [κατιόντων] ὥσπερ ἐξαίρετα διεκδικῶνται, προβαίνωσι δὲ καὶ εἰς ἐκείνους, εἰς οὓς αὐτοὶ τοῦτο τὸ χρημάτιον ἤθελον παραχωρήσῃ εἴτε ἐν ζωῇ ἀπαλλοτριώσεως γιγνομένης ἢ ἐν τῷ ντοῦ θαάτου καιρῷ τελευταίᾳ καὶ ἀληθῶς γνωσθείσῃ βουλήσει.

Ἐδόθη τῇ προτεραίᾳ τῶν νονῶν τοῦ Ἀπριλίου 472 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Μαρκιανοῦ.

34 (35) *Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι πρὸς Διόσκουρον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Πάντα τὰ προνόμια, ἅτινα ὑπὸ τῶν ἄνωθεν ἡγεμόνων ἢ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ἢ διὰ δικαστικῶν διατάξεων ἢ ἐλευθεριοτήτων καθ' ἑκάστους οἱουσδήποτε καιροὺς ἢ διὰ τῆς συνηθείας εἴτε περὶ τὸ δίκαιον τῶν καταλυμάτων [ξενείας] εἴτε ἐν ἄλλοις οἱοισδήποτε πράγμασι παρεσχημένα εἰσὶ τῷ ὀρφανοτροφείῳ ἢ τοῖς ἀσκητηρίοις ἢ ταῖς ἐκκλησίαις ἢ τοῖς πτωχείοις ἢ τοῖς ξενοδοχείοις ἢ τοῖς μοναστηρίοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις, πρὸς δὲ καὶ τοῖς πράγμασι τοῦ δικαίου αὐτῶν, τοῖς ἀνήκουσιν εἰς τὴν φροντίδα τοῦ Νίκωνος, ἀνδρὸς θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ὀρφανοτρόφου, ἢ εἰς τοὺς μετ' αὐτὸν τῇ θέσει αὐτοῦ διαδεξαμένους, κατὰ μίμησιν τοῦ μακαριωτάτης μνήμης Ζωτικοῦ, ὅστις πρῶτος λέγεται ἐφευρὼν τῆς τοιαύτης εὐσεβείας τὸ καθῆκον, διὰ ταύτης τῆς πραγματικῆς κελεύσεως ψηφιζόμεθα ἵνα ἰσχυρὰ καὶ ἀμείωτα ἐσαεὶ παραφυλάττωνται. Διότι μάλιστα τοῦτο φαίνεται ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὁπότε ἐντεῦθεν ἡ συντήρησις ἢ ἡ ἀνατροφὴ

tio vel educatio orphanis atque egenis et usibus ecclesiasticis vel ptochiis vel asceteriis com-
1 paretur. Domus etiam aliasque res superius nominatas ad curam memorati viri pertinentes vel postmodum quolibet modo ad eius sollicitudinem vel qui post eum ad eiusdem orphanotrophii curam vocati fuerint perventuras ad instar maioris venerabilis ecclesiae huius inclitae urbis omnibus privilegiis, quae eadem sancta ecclesia vel nunc adipiscitur vel postea merebitur, perpetuo potiri pietatis intuitu decernimus. *D. X. k. Ian. Constantinopoli Marciano cons.* *[a. 472]*

35(1) *Imp. Zeno A.* Omnes civitates, sive eae renovatae sunt anteriori tempore sive antea civitates non fuerunt, sed per imperiale beneficium eo promotae sunt, omnimodo peculiarem propriumque episcopum habere sancimus, qui rerum ecclesiasticarum in ea curam gerat: nemini igitur liceat per quemcumque modum, ne per sacram quidem imperialem iussionem, quamlibet civitatem peculiari episcopatu vel territorio quod ei definitum est aliove quo iure privare et pro ea parte vel etiam in qua alia re aliis civitatibus tributariam fa-
1 cere. Qui contra faciat vel ausus fuerit sive iam renovatis civitatibus locisque ad civitatis gradum promotis vel in fu-

(1) Τίθενται ὡς εὕρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

παρέχεται τοῖς ὀρφανοῖς καὶ τοῖς πένησι καὶ ταῖς χρείαις ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς καὶ τοῖς πτωχείοις καὶ τοῖς
1 ἀσκητηρίοις. Προσέτι δὲ οἱ οἶκοι καὶ τὰ ἄλλα πράγματα, τὰ ἀνωτέρω ὀνομασθέντα, τὰ εἰς τὴν φροντίδα τοῦ μνημονευθέντος ἀνδρὸς ἀνήκοντα ἢ ὕστερον καθ' οἱονδήποτε τρόπον περιελευσόμενα εἰς τὴν μέριμναν αὐτοῦ ἢ [ἐκείνων], οἵτινες μετ' αὐτὸν ἤθελον κληθῇ εἰς τὴν φροντίδα τούτου τοῦ ὀρφανοτροφείου, εὐσεβείας τῷ λόγῳ ψηφιζόμεθα ἵνα κατὰ μίμησιν τῆς μείζονος προσκυνητῆς ἐκκλησίας ταύτης τῆς ἐνδόξου πόλεως ἀπολαύωσι πάντων τῶν προνομίων, ἅτινα ἡ ἁγία αὕτη ἐκκλησία ἢ νῦν κέκτηται ἢ [ὧν] ὕστερον ἀξιωθήσεται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δεκάτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἰανουαρίου 472 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Μαρκιανοῦ.

35 (36)(1) [*Αὐτοκράτωρ Ζήνων Α.*] Πᾶσαν πόλιν εἴτε ἀνανεωθεῖσαν κατὰ τοὺς προλαβόντας χρόνους εἴτε οὐκ οὖσαν μὲν πρότερον, διὰ δὲ βασιλικῆς φιλοτιμίας ἀποδειχθεῖσαν πόλιν, ἔχειν ἐκ παντὸς τρόπου ἀχώριστον καὶ ἴδιον τὸν ἐπιμελησόμενον τῶν κατ' αὐτὴν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐπίσκοπον θεσπίζομεν· μηδενὶ παντάπασιν οὔσης ἀδείας δι' οἱουδήποτε τρόπου, μηδὲ μὴν διὰ θείας βασιλικῆς κελεύσεως ἀφαιρεῖσθαι πόλιν οἱανδήποτε τοῦ τῆς ἰδιαζούσης ἐπισκοπῆς ἢ καὶ τῆς ἀφορισθείσης αὐτῇ περιοικίδος ἢ ἄλλου τινὸς δικαίου καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἢ καὶ ἄλλως ὁπωσδήποτε πόλεσιν ἐτέ-
1 ραις ὑποτελῆ ποιεῖν. Τοῦ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντος καὶ ποιεῖν πειρωμένου ἢ τῶν ἤδη ἀνανεωθεισῶν πόλεων ἢ καὶ τῶν πολισθέντων τόπων ἢ μετὰ

turum forte renovandis vel promovendis peculiaris episcopatus ius adimere vel aliud quid auferre privilegiorum quae eis praestita sunt vel etiam praestabuntur, eius non solum irritum sit conamen, sed et ipse, qui adversatur iis quae in commune vel privatim omnibus utilia sunt, cum infamia facultatibus suis exuatur. eaedem poenae valeant etiam in eum, qui, ut supra dictum est, per imperiale rescriptum tale quid fa-
2 cere conetur. Quibus generaliter constitutis respicientes ad statum sacrosanctarum ecclesiarum sub Tomi in Scytharum provincia constitutarum et quod eaedem sacrosanctae ecclesiae continuis barbarorum incursionibus vexatae vel alias egestate adflictae servari aliter non possunt, nisi id fiat providentia beati episcopi Tomis, quae etiam caput gentis est, a praesenti sacra lege eas eximi sancimus neque ullo modo ei subici. sed in suo statu manere.
3 Eodem modo ab iis quae in praesenti constituta sunt eximi volumus etiam eam civitatem quae nuper in Isaurorum gente ad civitatis gradum provecta est in honorem venerationemque Cononis qui gloriose martyrium sustinuit, Leontopolitarum videlicet, ut et ipsa quem nunc habet statum retineat eo, quod (nam valde certatum est, num peculiarem episcopum habere debeat, an sub cura et provisione religiosissimi episcopi Isauropolitani consistere) civi-

ταῦτα τυχὸν ἀνανεουμένων ἢ πολιζομένων τὸ τῆς ἰδιαζούσης ἐπισκοπῆς ἀφαιρεῖσθαι δίκαιον ἢ ἄλλο τι παραιρεῖσθαι τῶν παρασχεθέντων ἢ καὶ παρασχεθησομένων αὐταῖς προνομίων μὴ μόνον ἡ ἐπιχείρησις ἔστω ματαία, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τοῖς κοινῶς καὶ ἰδίᾳ λυσιτελοῦσιν ἑκάστῳ μαχόμενος ἀτιμωθεὶς τῶν ὄντων γυμνούσθω· τῶν αὐτῶν κρατούντων ἐπιτιμίων καὶ κατὰ τοῦ καθὼς προείρηται ἐπιχειροῦντος καὶ διὰ βασιλικῆς τοιοῦτόν τι πράτ-

2 τειν ἀντιφωνήσεως. Ταῦτα δὲ γενικῶς διατάξαντες καὶ εἰς νοῦν εἰληφότες τὴν κατάστασιν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῶν διακειμένων ὑπὸ Τόμιν τῆς τῶν Σκυθῶν ἐπαρχίας καὶ ὅτι οὐκ ἐγχωρεῖ τὰς αὐτὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας συνεχέσι βαρβάρων ἐπιδρομαῖς καταβλαπτομένας ἢ καὶ ἄλλως πως πενίᾳ συζώσας ἑτέρως διασώζεσθαι, εἰ μὴ διὰ τῆς τοῦ θεοφιλοῦς ἐπισκόπου Τόμεως, ἥτις ἐστὶ καὶ τοῦ ἔθνους μητρόπολις, τυγχάνοιεν προμηθείας, θεσπίζομεν ὑπεξαιρεῖσθαι τῆς παρούσης θείας νομοθεσίας καὶ μηδαμῶς αὐτὰς ὑπάγεσθαι τῇ ταύτης ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἐπὶ
3 τοῦ οἰκείου σχήματος μένειν. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπεξαιρεῖσθαι τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος νενομοθετημένων βουλόμεθα καὶ τὴν ἔναγχος πολισθεῖσαν κατὰ τὸ Ἰσαύρων ἔθνος πρὸς τιμὴν καὶ θεραπείαν τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Κόνωνος πόλιν, τουτέστι τὴν Λεοντοπολιτῶν, ὥστε καὶ αὐτήν, ὥσπερ νῦν ἔχει σχήματος, διαμένειν διὰ τὸ (πολλῶν σφόδρα φιλονεικηθέντων, εἴτε αὐτὴν προσήκει ἰδιαζόντως τυχεῖν ἐπισκόπου, εἴτε ὑπὸ τὴν φροντίδα καὶ πρόνοιαν τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἰσαυροπόλεως συντελεῖν) δεδόχθαι πόλιν μὲν αὐτὴν εἶναι καὶ τῶν πολι-

tas quidem esse videatur et publico iure perpetuo et plene fruatur, maneat autem omnino sub cura memorati episcopi.
36 (37) *Idem A. Sebastiano pp.* Iubemus adscripticiorum creationes secundum veterem constitutionem, nisi dominorum possessionum, unde oriundi sunt, evidens concurrerit consensus, nullius penitus esse momenti, sed isdem fundorum dominis, qui faciendae creationi non sicut dictum est evidenter consenserint, ius proprium ad similitudinem ceterorum colonorum in suos adscripticios exercendi, tamquam si nulla creatio intercessisset, tribui facultatem. idemque hoc super illis quoque agricolis decernimus observari. qui cum essent adscripticiae nexibus condicionis conscripti, solitariam vitam videlicet appetentes quibuslibet sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint of-
1 ferendos. Servos sane sociari clericorum consortiis volentibus quoque et consentientibus dominis modis omnibus prohibemus, cum liceat eorum dominis, data servis prius libertate licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter si
2 hoc voluerint, aperire. Omnes praeterea virorum clarissimorum provincias moderantium sententiis absque ulla privilegii differentia (qui tamen praesidali iurisdictioni subiecti sunt, sive episcopi vel quilibet clerici aut monachi

τικῶν ἀνελλιπῶς καὶ εἰς πλήρες ἀπολαύειν δικαίων, ὑπὸ δὲ τὴν φροντίδα τοῦ μνημονευθέντος ἐπισκόπου διὰ παντὸς διαμένειν.
36 (37) *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Σεβαστιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίων.* Κελεύομεν ἵνα τῶν ἐναπογράφων αἱ χειροτονίαι κατὰ τὴν παλαιὰν διάταξιν ὥσι παντελῶς ἄκυροι, εἰ μὴ συντρέχει προφανὴς ἡ συναίνεσις τῶν δεσποτῶν τῶν κτημάτων, ὅθεν γεγονότες εἰσίν, ἀλλ' ἵνα τούτοις τοῖς δεσπόταις τῶν ἀγρῶν, οἵτινες τῇ τελευταίᾳ χειροτονίᾳ μὴ ὥσπερ εἴρηται προφανῶς συνήνεσαν, ἐξουσία ἀπονέμηται ὅπως τὸ ἴδιον δικαιον κατὰ μίμησιν τῶν λοιπῶν γεωργῶν ἐνασκῶσιν ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐναπογράφων, ὡσανεὶ μηδεμία χειροτονία παρενεχώρησεν. Καὶ αὐτὸ τοῦτο ψηφιζόμεθα ἵνα φυλάττηται περὶ ἐκείνων προσέτι τῶν γεωργῶν, οἵτινες, ἐν ᾧ ἦσαν καταγεγραμμένοι τοῖς δεσμοῖς τῆς ἐναπογράφου τύχης, τοῦ μονήρους βίου δηλονότι ἐφιέμενοι παρὰ τὴν βούλησιν τῶν δεσποτῶν τῶν ἀγρῶν εἰς οἱαδήποτε μοναστήρια ἔκριναν ἑαυτούς

1 προσενεκτέους. Πᾶσι δὲ τρόποις ἀπαγορεύομεν ὅπως οἱ δοῦλοι καταλέγωνται ἐν τοῖς τῶν κληρικῶν συστήμασι βουλομένων ἅμα καὶ συναινούντων τῶν δεσποτῶν, ἐπειδὴ ἔξεστι τοῖς δεσπόταις αὐτῶν ἵνα, διδομένης τοῖς δούλοις πρότερον τῆς ἐλευθερίας, θεμιτὴν διανοίγωσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν πρὸς τὸ ὑποδέχεσθαι τὰς τιμὰς τῶν κληρι-
2 κῶν, ἐὰν τοῦτο βουληθῶσιν. Πρὸς τούτοις δὲ ψηφιζόμεθα ὅπως πάντες ὁμοίως ὑπάγωνται ταῖς ἀποφάσεσι τῶν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν, τῶν τὰς ἐπαρχίας διοικούντων, χωρὶς τινος διακρίσεως προνομίου (κἂν ἔτι τινὲς τῇ δικαιοδοσίᾳ τοῦ ἄρχοντος ὑποκείμενοί

aut cuiuslibet sint condicionis) pariter respondere decernimus: nulla in posterum viris clarissimis provinciarum rectoribus ad loca, in quibus incusatae personae consistunt, perveniendi necessitate penitus imponenda, cum non solum legibus, verum etiam naturali quoque iuri conveniant, quos res exegerit, iudicialibus ad iudicium vocari sententiis, non ipsos iudices, quod dici etiam iniustum est, ad subiectos deduci, sed per datos ab his iudices causae examinationem in locis ubi incusati degunt procedere. *D. V. k. April. Constantinopoli Theodorico cons. [a. 484]*

37 (38) *Idem A. Sebastiano pp.* Servis, si dominorum fuerint voluntate muniti, solitariam vitam participandi licentia non denegetur, dum tamen eorum domini non ignorent, quod si servis suis ad monasteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem servorum dominio, donec idem servi in eodem monachorum habitu duraverint, spoliandos : alioquin si relicta forte vita solitaria ad aliam se condicionem transtulerint, certum est eos ad servitutis iugum, quam monachicae professionis cultu evaserant, reversuros. *D id. April. Theodorico cons. [a. 484]*

εἰσιν εἴτε ἐπίσκοποι ἢ οἱοιδήποτε κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ ἢ οἱασδήποτε τύχης ἤθελον εἶναι) : οὐδεμιᾶς ἐφεξῆς παντελῶς ἀνάγκης ἐπιβαλλομένης τοῖς ἐνδοξοτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν διοικηταῖς νὰ περιέρχωνται εἰς τοὺς τόπους, ἐν οἷς τὰ κατηγορούμενα πρόσωπα ὑπάρχουσιν, ἐπειδὴ οὐ μόνον τοῖς νόμοις ἀλλὰ καὶ τῷ φυσικῷ δικαίῳ προσήκει νὰ ἐκεῖνοι, οὓς τὸ πρᾶγμα ἤθελεν ἀπαιτήσῃ, διὰ τῶν δικαστικῶν ἀποφάσεων εἰς τὸ δικαστήριον καλῶνται, καὶ οὐχὶ ἵνα αὐτοὶ οἱ δικασταί, ὅπερ καὶ λέγεσθαι ἔτι ἄδικόν ἐστιν, εἰς τοὺς ὑποκειμένους προσάγωνται, ἀλλ' ἵνα διὰ παρεχομένων ὑπ'αὐτῶν [τῶν διοικητῶν] δικαστῶν προβαίνῃ τῆς αἰτίας ἡ διάγνωσις ἐν οἷς τόποις οἱ ἐγκαλούμενοι διάγουσιν.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ πέμπτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἀπριλίου 484 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Θεοδωρίκου.

37 (38) *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Σεβαστιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίων.* Τοῖς δούλοις, ἐὰν τῶν δεσποτῶν τῇ βουλήσει ὧσιν ὠχυρωμένοι, ἄδεια συγχωρεῖται ἵνα τοῦ μονήρους μεταλαγχάνωσι βίου, ἀρκεῖ μόνον ὅμως οἱ δεσπόται αὐτῶν νὰ μὴ ἀγνοῶσιν ὅτι, ἐὰν τοῖς δούλοις αὐτῶν ἀπονείμωσιν ἐξουσίαν τοῦ μεθίστασθαι εἰς τὴν τῶν μοναστηρίων λατρείαν, θέλουσιν ἀποστερηθῇ τῆς δεσποτείας τῶν αὐτῶν δούλων, ἐφ' ὅσον οἱ δοῦλοι οὗτοι ἤθελον διαμένῃ ἐν τούτῳ τῶν μοναχῶν τῷ σχήματι : ἄλλως τε δέ, ἐάν, ἐγκαταλειφθέντος τυχὸν τοῦ μονήρους βίου, εἰς ἄλλην τύχην μετενέγκωσιν ἑαυτούς, φανερόν ἐστιν ὅτι οὗτοι ὀφείλουσι νὰ ὑποστρέφωσιν εἰς τῆς δουλείας τὸν ζυγόν, ἣν εἶχον διαφύγῃ τῇ λατρείᾳ τῆς μοναχικῆς ὁμολογίας.

Ἐδόθη ταῖς εἰδοῖς τοῦ Ἀπριλίου 484 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Θεοδωρίκου.

38 (1) Qui monasteria sua relinquunt, non recipiunt mobilia quae iis intulerunt, cuiscumque quantitatis sunt, etiamsi gesta de iis confecta non fuerint. In immobilium autem donatione iura observari oportet, cum revocatio donatori non adimatur. Etiam hoc sancimus, ut nemo religiosissimorum episcoporum vel chorepiscoporum vel visitatorum vel clericorum laicos invitos compellat ad luitionem proventuum qui in provincia primitiae vel munera vocantur, quae velut vectigal exigant, vel agricolis in clerum receptis et maxime illis, qui non sub dominio religiosissimorum episcoporum vel sacrosanctarum ecclesiarum ad eos pertinentium sunt, sive angarias quae dicuntur sive alia eiusmodi onera vel servitutes iniungat, vel interdicta vel anathemata iis imponat et inde eos (quod ne dici quidem sine iniuria potest) sacrorum mysteriorum communione atque ipso venerando salutarique baptismate privet (hoc enim quosdam passos esse comperti sumus et vicos integros vel adeo agros, et clericos pariter atque eos qui extra clericorum numerum sunt talibus interdictis vel anathematibus subiectos esse): eiusmodi ineptissima et omni impietate plena facta, quae etiam ad offensionem ipsius orthodoxae fidei spectant, omnimodo prohibita sint neque ulla consuetudo obtinere valeat,

24 *Idem A Demostheni pp.* Nemini licere volumus, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus sive a libertina progenie sive servili condicione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium vindicare sive nomine dominii sive adscripticiae sive colonariae condicionis: sed neque his, qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedi penitus (cum quadam distinctione) eos tollere: sed nullo discrimine habito ii, qui ab huiusmodi hominibus educati vel nutriti vel aucti sunt, liberi et ingenui appareant et sibi adquirant et in posteritatem suam vel extraneos heredes omnia quae habuerint, quo modo voluerint, transmittant haec observantibus non solum praesidibus provinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis. *D. XV k. Oct. Chalcedone Decio vc. cons. [a 529]*

25 (1) *Idem A. Demostheni pp.* Etiam religiosissimis episcopis licentiam damus in ea, quae de tesseris quae vocantur vel cottis et de eorum prohibitione constituimus, inquirendi et si fiant reprimendi ac delinquentes per clarissimos provinciarum praesides et patres defensoresque civitatum ad sanitatem compellendi. *D. X k. Oct.*

(1) Τίθενται ὡς εὕρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δεκάτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Φεβρουαρίου 529 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Δεκίου.

24. *Ὁ αὐτὸς Αὐγούστου πρὸς Δημοσθένη ἔπαρχον πραιτωρίων.* Βουλόμεθα ἵνα μηδενὶ συγχωρῆται, εἴτε ἀπ' εὐγενῶν γεννητόρων παῖς μικρὸς γεννηθείς, εἴτε ἀπὸ ἀπελευθέρας γονῆς, εἴτε δουλικῇ τύχῃ ἐσπιλωμένος, ἔκθετος ἦθελεν εἶναι [εὑρεθῇ], ὅπως τοῦτον τὸν παῖδα εἰς τὴν ἰδίαν δεσποτείαν διεκδικῇ εἴτε ὀνόματι δεσποτείας εἴτε ἐναπογράφου εἴτε δουλοπαροίκου τύχης· ἀλλ' ἵνα μηδ' ἐκείνοις, οἵτινες ἐπὶ τῷ τρέφειν αὐτοὺς ἀνέλαβον, ἄδεια συγχωρῆται παντελῶς [σύν τινι διακρίσει] ὅπως ἀφαιρῶσιν αὐτούς· ἀλλ' οὐδεμιᾶς διακρίσεως γιγνομένης, οὗτοι, οἵτινες ὑπὸ τοιούτων ἀνθρώπων ἀνετράφησαν ἢ ἐτράφησαν ἢ ηὐξήθησαν, ἐλεύθεροι καὶ εὐγενεῖς ὡὰ φαίνωνται καὶ ἑαυτοῖς ὡὰ προσπορίζωσι καὶ εἰς τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς κληρονόμους πάντα, ὅσα ἤθελον ἔχει, ὅτινι τρόπῳ ἂν βουληθῶσι, ὡὰ παραπέμπωσι. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον οἱ ἄρχοντες ὀφείλουσι παραφυλάττειν ἀλλὰ καὶ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι.

Ἐδόθη ἐν Χαλκηδόνι τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ὀκτωβρίου 529 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Δεκίου.

25(1). *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Ὅσα περὶ τῶν καλουμένων κύβων ἤτοι κόττων καὶ τῆς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται, ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾶν καὶ γινόμενα παύειν καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν.

Constantinopoli Decio cons. [a. 529]

26.(1) *Idem A.Iuliano pp.* De reditibus quae singulis annis ad civitates perveniunt ex publicis vel privatis pecuniis, quae iis ab aliquibus relinquuntur vel donantur vel alio modo dantur seu comparantur, sive ad opera sive ad rem frumentariam sive ad publicos aquae ductus sive ad balnea calefacienda sive ad portus sive ad extructionem murorum vel turrium sive ad pontium straturarumque refectionem vel denique in publicos usus erogandae. tam ex publicis quam ex privatis causis ut dictum est, sancimus, ut in unum conveniant religiosissimus episcopus et tres viri bonae existimationis et in omni re eius civitatis primarii, et tam facta singulis annis opera inspiciant quam curent, ut metiantur et ut rationes reddant qui ea administrant vel administrabunt. et sub actorum confectione manifestum fiat opera perfecta esse vel dispensas esse pecunias sitonicas et balneatorias vel quae in straturas vel aquae ductus vel reliqua eiusmodi 1 destinatae sunt. Quae omnia immutata in omne aevum manere volumus et gestorum confectione palam fieri, sitne solutus qui ea administravit, an obligatus quidem apparuerit, id autem quod debuit persolverit: et sic securitatem habere eum qui hanc curam sus-

(1) Τίθενται ὡς εὕρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δεκάτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ὀκτωβρίου 529 ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Δεκίου.

26(1). *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσιουσῶν πολιτικῶν προσόδων ἢ πόρων ἐκ δημοσίων ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν χρημάτων παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων ἢ δωρουμένων ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων ἢ περιποιηθησομένων, εἴτε εἰς ἔργα εἴτε εἰς σιτωνίαν εἴτε εἰς δημόσιον ὁλκὸν εἴτε εἰς ἐκκαύσεις βαλανείων εἴτε εἰς λιμένας εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομὰς ἢ γεφυρῶν ἢ ὁδοστρωσιῶν ἐπανόρθωσιν ἢ ἁπλῶς εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωρούντων, εἴτε ἀπὸ δημοσίων εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν ὡς εἴρηται προφάσεων, θεσπίζομεν εἰς ταὐτὸν συνιόντας τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τρεῖς τε τῶν εὐυπολήπτων καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν πόλιν ἔτους ἑκάστου ἐποπτεύειν τε τὰ γενόμενα ἔργα καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι καὶ λογοθετεῖν τοὺς ταῦτα διοικοῦντας ἢ διοικήσαντας, καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι τὸ πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα, ἢ δεδιοικῆσθαι τά τε σιτωνικὰ χρήματα τά τε λουτρωνικὰ ἢ περὶ ὁδοστρωσίας ἢ περὶ ὁλκοὺς ὑδάτων ἢ ἕτερα τοιαῦτά

1 τινα. Ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον καὶ ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι, ὡς ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας ἢ καὶ ὑπεύθυνος μὲν ὤφθη, τὸ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκεν· καὶ οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχηκότα τῆς πράξεως. στελοῦμεν γὰρ ἡμεῖς, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν,

cepit. nos enim, quandocumque videbitur, mittemus quem placuerit, qui rationes ab illis factas examinet et, si recte facta invenerit, sententia sua plenam securitatem ipsis heredibusque et successoribus eorum praestet, ut non amplius aliarum rationum vel inquisitionum occasio relinquatur. quae omnia praepositis sanctis evangeliis sic diligenter fiant, cum nostra inquisitio quando 2 libuerit ipsis instet. Properandum autem est religiosissimo episcopo iisque qui cum eo rationes conficiunt, ut si qua opera continuos sumptus requirant, singulis annis diligenter ex publicis fructibus et sum- 3 ptibus restaurentur. Quod si administrator rationes reddere noluerit neque a religiosissimo locorum episcopo possessoribusque ad id delectis ad rationes reddendas evocari se siverit, tum per clarissimum provinciae praesidem officiumque id subditum id facere cogatur ac sine ulla poena compellatur, ut religiosissimo episcopo et civitatum primoribus rationes submittat et quae a se deberi apparuerit id civitati 4 restituat. Licentiam autem omnem nostris praesidibus adimimus discussores vel rationales vel exaequatores in civitates ad publicas rationes inquirendas mittere: sed si tale quid praeter voluntatem nostram faciunt, tum si qui sacram formam per subreptionem sibi comparaverunt, liceat

τὸν ἡμῖν δοκοῦντα, ὃς ἐποπτεύσει τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα λογοθέσια καί, εἴπερ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι, ψῆφον ποιήσεται τὸ ἀσφαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν καὶ διαδόχοις τελείως περιποιοῦσαν, ἐφ' ᾧ μηκέτι δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ὑπολελεῖφθαι. πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων οὕτως σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων, ὡς τῆς ἡμετέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν, ἐξε-

2 τάσεως. Χρὴ μέντοι σπεύδειν τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιουμένους τοὺς λογισμούς, ὅπως, ἂν τὰ ἔργα εἰς ἀπέραντα τῆς δαπάνης ἀφορισθῇ, καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιμελῶς γένοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀνανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. 3 Εἰ μέντοιγε μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑποσχεῖν ὁ ταῦτα διοικήσας μηδὲ ἀνάσχοιτο τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο ἀφωρισμένων εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων, τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως, ζημίας πάσης χωρὶς συνωθουμένων, ἐφ' ᾧτε πᾶσι τρόποις λογισμοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῶν πόλεων καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλεσθαι παρ' αὐ- 4 (1) τοῦ ἀποδοῦναι τῇ πόλει. Πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις discussoras ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν· ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν, τηνικαῦτα, εἰ μὲν θεῖός τισι τύπος κατὰ συναρπαγὴν πορισθείη, ἄδειαν εἶναι τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ προσ-

religiosissimo civitatis episcopo sacram quidem formam suscipere, sed ad nos renuntiare, ut cognoscamus, utrum ex sacra nostra iussione ad praesidem data an per subreptionem facta sit, ut si quam subreptionem intercessisse appareat, quod factum sit irritum sit isque qui eam comparaverit pe- 5 riculum subeat. Sin autem decretum vel etiam commonitorium vel praeceptum alicuius ex praefectis nostris missum est et rationum inquisitio in supra dictis capitulis commissa est, omnimodo religiosissimum civitatis episcopum et primates cives ea admittere vetamus, sed liceat et provinciae praesidi et ipsis civibus possessoribus tales iussiones reicere ac ne unum quidem nummum eius rei causa praestare. quod si religiosissimus episcopus praetermittit, dominum deum infensum habebit et imperatoriam indignationem expectet quod servilem in modum et indignum libera lingua, qualis sacerdotem decet, tacuerit. 6 Sed et si quis in provincia vel magistratuum quorumlibet vel consulum promotiones vel generales formas gloriosissimorum praefectorum vel alius ex nostris magistratibus renuntiat, vel etiam constitutionum vel sacrorum commonitoriorum vel generalium litterarum vel etiam imperialium statuarum erectionis insinuationem facit, non licet ei ultra sex solidos pro unaquaque renuntiationevel

δέχεσθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον, μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς, ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν, εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν πρόσταξιν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμμένην εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονεν, ὥστε εἰ κατά τινα γενόμενος φανείη σύναρπαγήν, τηνικαῦτα τὸ γενόμενον ἄκυρον εἶναι κίνδυνόν τε ὑποστῆναι τὸν

5 τοῦτο πορισάμενον. Εἰ δέ τινος τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆφος ἢ καὶ κομμωνιτώριον ἢ πρόσταγμά τι καὶ λογοθέσιον περὶ τούτων τῶν προειρημένων κεφαλαίων ἐπιτραπείη, παντὶ βουλόμεθα τρόπῳ τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας μὴ προσίεσθαι ταῦτα, ἀλλὰ ἄδειαν εἶναι καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι καὶ πολίταις διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας προστάξεις καὶ μηδὲ ὀβολὸν ἕνα ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρέχειν. εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσειεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος, ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν δεσπότην θεὸν καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω, ὅτι σιγὴν ἐσίγησεν ἀνελευθέραν τε

6(2) καὶ ἱερατικῆς παρρησίας ἀναξίαν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμφανίζει κατὰ χώραν ἢ ἀρχόντων οἱωνδήποτε ἢ ὑπάτων προαγωγὰς ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἢ καὶ διατάξεων ἢ θείων κομμωνιτωρίων ἢ γραμμάτων γενικῶν μέντοι ἐμφανίσεις, ποιοῖτο ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις, μὴ εἶναι τούτῳ παρρησίαν περαιτέρω ἓξ νομισμάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ ἢ ἑκάστῃ διατάξει ἢ θείῳ κομ-

pro unaquaque forma vel unaquaque constitutione vel sacro commonitorio vel generali epistula vel statuarum erectione per singulas provincias ad quas ea attulit exigere, ut, quotcumque provinciae civitates sint, nihil eius intersit, sed sex tan-
7 tummodo solidos exigat. Quod si plus exegerit, eius quadruplum reddat, licentia episcopo quoque civitatis data id prohibendi isdemque poenis in hoc casu imminentibus, id est denarum auri librarum, tam provinciae praesidi quam officio ei subdito et religiosissimo episcopo, si his superexigere volentibus coniveant neque omnibus modis id prohibuerint.
8 Nulli autem penitus ex nostris magistratibus permittimus tales formas in provincias emittere de rivis seu cloacis purgandis vel aedificiis prope muros deiciendis vel de destructione eorum quae in porticibus facta sunt vel de iis quae produliae vocantur et ruinis sive intercolumniis evertendis vel de imaginibus vel omnino de eiusmodi inventis vel denique publicis negotiis: sed liceat religiosissimo episcopo civitatis et primariis civibus et provinciarum rectoribus et possessoribus civibusque tali forma insinuata eam non admittere, sed prohibere et repellere omnem exsecutionem omnemque exactionem ea de causa infictam: eadem poena et adversus religiosissimos episcopos imminente, si hoc non im-

μωνιτωρίῳ ἢ γράμματι γενικῷ ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβεν, ὥστε, ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία, μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἓξ μόνους κομίζεσθαι χρυ-

7 σοῦς. Εἰ δέ τι πλέον κομίσοιτο, τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδοῦναι, ἄδειαν ἔχοντος καὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν, κἀνταῦθα τῶν ἴσων ἐπικειμένων ποινῶν, τοῦτ' ἔστι τῶν ἀνὰ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ τῇ τε πειθομένῃ τάξει καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ, εἴπερ ἐνδοῖεν αὐτοῖς ὑπεραπαιτεῖν βουλομένοις, ἀλλὰ μὴ πᾶσι

8 (3) τρόποις τοῦτο κωλύωσιν. Οὐδενὶ δὲ παντελῶς ἐφίεμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιούτους τινὰς τύπους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκπέμπειν περὶ τῆς τῶν ὑδρορρόων ἤτοι ὑπονόμων ἀνακαθάρσεως ἢ περὶ τῆς τῶν οἰκοδομημάνων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γενομένων καταλύσεως ἢ τῶν καλουμένων προδουλειῶν καὶ ἐρειπίων τόπων ἤτοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς ἢ περὶ εἰκόνων ἢ τοιουτοτρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων, ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις καὶ κτήτορσι καὶ πολίταις τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τύπου μὴ προσίεσθαι τοῦτον, ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἴσπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένην, τῆς αὐτῆς ἐπούσης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἰ μὴ

9 pedierint. Religiosissimus autem episcopus et pater ceterique bonae opinionis possessores providere debent, ne quem locum publicum sive civitatis iuxta muros vel in publicis porticibus vel in plateis vel ubicumque situm a quoquam sine causa teneri sinant neve locus publicus absque sacra forma nostra cuiquam elo-
10 cetur. Idem etiam in distributionem quae dicitur aquarum ex sacra scilicet forma quibusdam competentem inquirant, ne alii plus alii minus quam

11 oportet habeant Verum neque praetextu fideiussionis subiectos nobis damno adfici patimur vel propter procuratoris constitutionem: sed si quidem immobiles res idoneas habent, qui citantur, iusiurandum solum in scriptis exponant: si minus, tum fideiussionem usque ad quantitatem dudum constitutam praebeant, sine ullo ta-
12 men incommodo. Si vero exsecutores de fideiussorum securitate vel de iuratoria cautione dubium moveant, conveniant religiosissimus episcopus et pater et defensor civitatis et iudicent, num fideiussor ad quantitatem actionis idoneus sit, quo facto exsecutori necesse sit eum fideiussorem suscipere, neque quicquam pro fideiussione aut iureiurando exi-
13 gat. Excepto eo casu, quo ex speciali nostra vel summorum magistratuum iussione iussus est personam abducere, si

9 (4) τοῦτο κωλύσαιεν. Λεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ πλατείαις ἢ ὁπουδήποτε κείμενον συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμε-

10 (5) τέρου θείου τύπου τισί. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν καλουμένων νομῶν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τῶν ἐκ θείου τύπου τισὶν ὑπηργμένων ἀναζητεῖν καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον τὸν δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν.
11 (6) Ἀλλ' οὐδὲ προφάσει ἐγγυητικῶν ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐντολέως· ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεων οἱ ὑπομνησθέντες, ὅρκου γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον· εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν, τηνικαῦτα μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος παρέχειν, χωρὶς

12 μέντοι ζημίας ἁπάσης. Εἰ δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας, καινῇ συνιόντας εἰς ταὐτὸ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τόν τε ἔκδικον τῆς πόλεως κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς ἐναγωγῆς ποσότητα καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον, μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ ἢ ἐξωμο-

13 σίας. Πλὴν εἰ μὴ ἐξ ἰδικῆς ἡμῶν ἢ τινος τῶν μεγίστων ἀρχόντων προστάξεως κελευσθείη τὸ πρόσωπον ἀγαγεῖν, ἐγγυητῇ μὴ καταπιστεύσας· τη-

fideiussori fidem non habeat: tum enim licebit exsecutori fideiussorem non suscipere, sed ed hoc quidem sine ullo damno. 14 Etiam in his eaedem poenae adversus religiosissimum episcopum et clarissimum provinciae rectorem obtinent, si quid eorum violari permiserint vel violatorem non statim de- 15 nuntiaverint. Scilicet non permittant supra modum nostra constitutione definitum sportularum nomine quia exigi vel descriptionem ex quibuslibet causis in civitatibus propter necessitatem fieri, nisi tantummodo ex illis causis, velut de insinuatione promotionum et constitutionum et sacrarum vel generalium commonitoriorum vel formarum vel epistularum et de ceteris eiusmodi, de quibus antea sanximus, et quae ob propriam utilitatem vel salutem cives in opera publica forte vel in sitoniam vel in aliam ab omnibus comprobatam causam liberalitatis gratia facere velint, quae ad communem civitatis utilitatem spectant: in eos qui haec violare temptent et in religiosissimos episcopos qui id ad nos non referant ea quae iam mi- 16 nati sumus optineant. Sane religiosissimus uniuscuiusque civitatis episcopus, compertis omnibus quae a nobis definita sunt, etiam adaerationem metatorum ac prohibitionem ademptionis armorum eaquae quae sacra nostra constitutione his de rebus publicata continentur

νικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν χωρὶς ἁπάσης ζημίας.

14 Κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν κρατούντων ἐπιτιμίων κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν ἢ παραβαινομένου τινὸς μὴ θᾶττον ταῦτα μη- 15 (7) νύσαιεν. Δηλαδὴ μὴ συγχωρούντων αὐτῶν μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέτρου τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι μηδὲ διαγραφὴν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, πλὴν ἢ μόνον ἐκείνων τῶν αἰτιῶν, ἃς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προαγωγῶν καὶ τῶν διατάξεων καὶ θείων ἢ γενικῶν κομμωνιτωρίων ἢ τύπων ἢ γραμμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν καὶ ἅπερ ἂν ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχὸν ἢ εἰς σιτωνίαν ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασιν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι, ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται· φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ἀγόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν

16 (8) ἠπειλημένων. Δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα καὶ μὴν καὶ ἀπαργυρισμοῦ μητάτων καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμῶν καὶ τούτων, ὅσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγραμμένῃ, πέρας ἐπιτιθέναι προσῆκον.

competenti exsecutioni mandare debet. *D. VIII k. Iul. Chalcedone Lampadio et Oreste vv. cc. conss.* [a. 530]

27 *Idem A. Iuliano pp.* De creationibus curatorum, qui furiosis utriusque sexus dantur, necesse nobis visum est constituere, quemadmodum eas cele-

1 brari oportet. Et si quidem pater curatorem furioso vel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit (ubi et fideiussionem cessare necesse est paterno testimonio pro satisdatione sufficiente), ipse qui datus est ad curationem perveniat, ita tamen ut in provinciis apud praesides earum, praesente eis tam viro religiosissimo locorum antistite quam tribus primatibus, actis intervenientibus, tactis sacrosanctis scripturis depromat omnia se recte cum utilitate furiosi gerere neque praetermittere, quae utilia furioso esse putaverit, neque admittere, quae non utilia esse existimaverit: et inventario cum omni subtilitate publice conscripto res suscipiat et eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum et adulti curatorum. 2 Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem utpote adgnatum vocaverit vel eo cessante aut non idoneo forsitan existente ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fue-

Ἐδόθη ἐν Χαλκηδόνι τῇ ὀγδόῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἰουλίου 530 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.

27 *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Ἰουλιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίων.* Περὶ τῶν χειροτονιῶν τῶν κηδεμόνων, οἵτινες τοῖς μαινομένοις ἑκατέρου φύλου δίδονται, ἀναγκαῖον ἐφάνη ἡμῖν ἵνα διορισώμεθα, τίνι τρόπῳ προσήκει ἵνα 1 τελῶνται αὗται. Καὶ εἰ μὲν ὁ πατὴρ κηδεμόνα ἔδωκε τῷ μαινομένῳ ἢ τῇ μαινομένῃ ἐν τῇ τελευταίᾳ βουλήσει κληρονόμων ἐνισταμένων ἢ ἀποκληρουμένων, (ἔνθα ἀναγκαῖόν ἐστιν ἵνα καὶ ἡ ἐγγύησις ἀργῇ, τῆς πατρικῆς μαρτυρίας ἀρκούσης ὑπὲρ τῆς ἱκανοδοσίας), ὁ δεδομένος προσερχέσθω εἰς τὴν κηδεμονίαν, οὕτως ὅμως, ἵνα ἐν ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς διοικηταῖς αὐτῶν, παρισταμένου αὐτοῖς τοῦτο μὲν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἱεράρχου, τοῦτο δὲ τριῶν προϋχόντων, ὑπομνημάτων μὲν παρεμβαινόντων, θιγγανομένων δὲ τῶν ἁγίων γραφῶν, ἐπαγγέλληται ὅτι πάντα ὀρθῶς ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ μαινομένου θέλει διοικήσῃ, οὐδὲ θέλει παραλίπῃ ὅσα ἤθελε νομίσῃ ὅτι ὠφέλιμά εἰσι τῷ μαινομένῳ, οὐδὲ θέλει δεχθῇ ὅσα ἤθελεν ὑπολάβῃ ὅτι οὐκ εἰσιν ὠφέλιμα· καὶ ἀπογραφῆς συν πάσῃ λεπτολογίᾳ δημοσίως συγγραφομένης τὰ πράγματα ὑποδέχηται καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην διαθέτῃ ἐπὶ ὑποθήκῃ πραγμάτων εἰς αὐτὸν ἀνηκόντων, κατὰ μίμησιν τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν κηδε- 2 μόνων τοῦ ἐφήβου. Εἰ δ' ὅμως διαθήκην μὲν ὁ γονεὺς οὐκ ἐποίησεν, ὁ δὲ νόμος ὡς κηδεμόνα τὸν ἐξ ἀρρενογονίας καλεῖ ἤ, τούτου ἐλλείποντος ἢ μὴ ὄντος τυχὸν ἐπιτηδείου, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἵνα ἐκ τῆς δικαστικῆς ἐπιλογῆς δώσῃ αὐτῷ κηδεμόνα, τότε δη-

rit, tunc scilicet et in provinciis apud praesidem cuiuscumque provinciae et virum religiosissimum episcopum civitatis nec non tres primates creatio procedat, ita ut, si quidem curator substantiam idoneam possidet et sufficientem ad fidem gubernationis, et sine aliqua satisdatione nominatio eius procedat. sin autem non talis eius census inveniatur, tunc et fideiussio in quantum possibile est ab eo exploretur. 3 Creatione omnimodo sacrosanctis scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscumque substantiae vel dignitatis est, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante et inventarium publice conscribente et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus possint undique res furiosi utiliter gubernari. *D. k. Sept. Constantinopoli Lampadio et Oreste vv. cc. conss.* [a. 530]

28 *Idem A. Iuliano pp.* Tam dementis quam furiosi liberi cuiuscumque sexus possunt legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda: aestimatione tamen in hac quidem regia urbe excellentissimi praefecti urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum praesidum vel locorum antistitum tam opinione personae quam moderatione dotis et ante nup-

λονότι καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ διοικητῇ οἱασδήποτε ἐπαρχίας καὶ τῷ Θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τρισὶν ἐκ τῶν προὐχόντων ἡ χειροτονία προβαινέτω, οὕτως ἵνα, ἐὰ μὲν ὁ κηδεμὼν οὐσίαν ἐπιτηδείαν κτηται καὶ ἐπαρκῇ πρὸς τὴν πίστ τῆς διοικήσεως, καὶ δίχα τινὸς ἐκ νοδοσίας προβαίνῃ ὁ διορισμὸς αὐτοῦ. Εἰ δ' ὅμως μὴ εὑρίσκεται τοιαύτη ἀπογραφὴ [κατάστασις] αὐτοῦ. τότε καὶ ἐγγύησις ἀπαιτείσθω ἀπ' αὐτοῦ εἰς

3 ὅσον ἐστὶ δυνατόν. Τῆς χειροτονίας ἐν πάσῃ αἰτίᾳ τελουμένης παντρόπῳ τῶν ἁγίων γραφῶν προκειμένων, αὐτοῦ δὲ τοῦ κηδεμόνος, οἱασδήποτε ὑποστάσεως ἢ ἀξιώματός ἐστ τὸν προειρημένον παρέχοντος ὅρκον περὶ τοῦ ὠφελίμως διοικήσειν τὰ πράγματα καὶ ἀπογραφὴν δημοσίᾳ συγγράφοντος καὶ ὑποθήκης τῶν πραγμάτων τοῦ κηδεμόνος πᾶσι τρόποις παρεχομένης, ἵνα πάντως δύνωνται τὰ πράγματα τοῦ μαινομένου ὠφελίμως καὶ διοικῶνται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς καλένδαις τοῦ Σεπτεμβρίου : 30 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.

28 *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Ἰουλιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίων.* Τοῦ τε ἄφρονος καὶ τοῦ μαινομένου οἱ παῖδες οἱουδήποτε φύλου δύνανται ἵνα νομίμους συνάπτωσι γάμους, τοῦτο μὲν προικὸς τοῦτο δὲ προγάμου δωρεᾶς ὑπὸ τοῦ κηδεμόνος αὐτῶν παρεχομένης: δοκιμασίᾳ ὅμως ἐν ταύτῃ μὲν τῇ βασιλίδι πόλει τοῦ ἐξοχωτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τῶν διασημοτάτων αὐτῶν διοικητῶν ἢ τῶν κατὰ τόπους ἱεραρχῶν περὶ τῆς γνώμης τοῦ προσώπου καὶ περὶ τοῦ καθοριστέου μέτρου τῆς προικὸς

tias donationis statuenda, praesentibus tam curatoribus dementis quam furiosi nec non his, qui ex genere eorum nobiliores sunt, ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura substantiae furiosi vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento praegravetur. *D. k. Oct. Constantinopoli Lampadio et Oreste vv. cc. conss.* [a. 530]

29(1) *Idem A. Iuliano pp.* Sancimus, ut nemo devotissimorum clericorum sive a clerico sive a quoquam laicorum qui dicuntur statim ab initio apud beatissimos singularum dioecesium patriarchas accusetur, sed primum secundum sacros canones apud episcopum civitatis, in qua clericus commoratur: quem si suspectum habet, apud metropolitanum episcopum hoc faciat: sin autem, ut fit, ne in hoc quidem adquiescit, tum ad sacrum eius provinciae concilium reum iudicandum trahat, ut tres religiosissimi episcopi, qui secundum tempus ordinationis praestant, cum metropolita conveniant et litem in pleno synodi consessu diiudicent. Ac si sententia placuerit, a negotio discedatur. 2 Sin laesum se esse putat, tum beatissimum illius dioecesis patriarcham appellet, cuius sententia omnino stetur, pe-

καὶ τῆς προγάμου δωρεᾶς, παριστα-
μένων ἅμα τῶν κηδεμόνων τοῦ ἄφρο-
νος καὶ τοῦ μαινομένου οὐ μὴν ἀλλὰ
καὶ ἐκείνων, οἵτινες ἐκ τοῦ γένους αὐ-
τῶν ἐπισημότεροί εἰσιν, οὕτως ὅμως
ἵνα ἢ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει ἢ
ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μηδεμία ἐκ ταύτης
τῆς αἰτίας ἀναφύηται ζημία τῇ περιου-
σίᾳ τοῦ μαινομένου ἢ τοῦ ἄφρονος,
ἀλλὰ δωρεὰν τὰ πάντα προβαίνωσιν,
ὅπως μὴ ἡ τοιαύτη τῶν ἀνθρώπων
δυστυχία καὶ τῶν δαπανῶν τῇ ζημίᾳ
ἐπιβαρύνηται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς Καλένδαις τοῦ Ὀκτωβρίου 530 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.

29(1) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Θεσπίζομεν μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν εἴτε παρά τινος συγκληρικοῦ εἴτε παρὰ τῶν καλουμένων λαϊκῶν τινος εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης, ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, καθ' ἣν ὁ κληρικὸς διάγει· εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον, παρὰ τῷ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τοῦτο πράττειν· εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὐδὲ τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν ἀρέσκοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν εὐαγῆ σύνοδον τὴν τῆς χώρας ἄγειν αὐτὸν δικασόμενον, τριῶν ἅμα τῷ μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτευόντων καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς

1 ὅλης συνόδου κατεξεταζόντων. Καὶ εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκριμένα, πραγ-
2 μάτων ἀπηλλάχθαι. Εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι, τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

rinde atque si ab initio iudi-
3 cium susceperit. Contra tales enim episcopales sententias provocationem locum non habere a praedecessoribus nos-
4 tris constitutum est. Idem valeat et si episcopus accusatur sive a laicis qui dicuntur sive ab aliquo religiosissimorum clericorum sive ab alio

5 reverendo episcopo. Vetamus enim omnino accusationes apud beatissimos patriarchas deponi accusatosque in aliam provinciam abduci, nisi forte ideo accusatio deponatur, ut causa ad religiosissimum loci episcopum transferatur: tunc enim licebit accusationem et apud religiosissimos patriarchas deponi, litteras vero componi ad aliquem religiosissimorum loci episcoporum, ut is causam secundum modum antea a nobis definitum audiat.
6 Nec tamen ei permitti ad devotissimos clericos se conferre et immodicis sportulis quae dicuntur citatos adfligere, quemadmodum nimirum adhuc

7 peccari cognovimus. Pro singulis enim citatorum personis non supra sextum solidi partem sportularum nomine missis a religiosissimis patriarchis et metropolitis dari permittimus, vel, si episcopus accusatus est, usque ad senos solidos pro quacumque quantitate vel qualicumque causa praestari neque quid amplius.

κρινομένοις πάντως ἐμμένειν, ὡσανεὶ
ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ἠρημένος δι-
3 καστής. Κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκοπικῶν ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενο-

4 μοθέτηται. Τοῦ αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ εἴπερ ἐπίσκοπος ὁ μεμφθεὶς εἴη εἴτε παρά τινος τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἴτε παρά τινος τῶν θεοφιλεστάτων κληρικῶν εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινος θεοφιλοῦς ἐπισκόπου.
5 Τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτιάσεις ἀποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέραν ἀπάγεσθαι χώραν παντελῶς ἀπαγορεύομεν, πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίασίν τις ἐπὶ τούτῳ θείη, ἐφ' ᾧτε παραπεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ· τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια μὲν ἔσται τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις, γράμματα δὲ γίνεσθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπηγορευμένον τρόπον.
6(1)Οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς κατιέναι καὶ ἀμετρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπομιμνησκομένους ἐπιτρίβειν, ὁποῖον δή τι μέχρι νῦν ἁμαρτάνεσθαι

7 μεμαθήκαμεν. Ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ προσώπῳ τῶν καλουμένων οὐ περαιτέρω τῆς ἕκτης τοῦ νομίσματος μοίρας κατὰ πρόφασιν σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν στελλομένοις, ἢ εἴπερ ἐπίσκοπος εἴη ὁ μεμφθείς, ἄχρι νομισμάτων ἓξ ἐφ' ὅσῃ δήποτε ποσότητι καὶ οἱᾳδήποτε αἰτίᾳ παρέχεσθαι μόνον καὶ πλέον τούτου

8 Idem valebit in metropolitis, si qua apud eos accusatio adversus aliquem episcoporum qui sub eis sunt vel illius provinciae clericorum deponatur: nam si in civilibus causis sportularum sumptuumque modum contrahere festinavimus idque lege comprehendere cuzavimus, multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum
9 servari sancimus. Quod si causa a religiosissimo patriarcha ad aliquem religiosissimorum metropolitarum vel alium religiosissimorum episcoporum delata sententia feratur, una autem pars in ea non adquiescat, sed appellatio interponatur, tum ad archiepiscopalem sedem appellatio dirigatur ibique secundum id quod hucus-
10 que obtinuit diiudicetur. Si quis adversus haec quid facere ausus erit, totius summae quam accepit duplum ei a quo plus exegit reddat et ecclesiasticae poenae subiciatur a sanctissimo pro tempore patriarcha vel religiosissimo metropolita e clericorum numero removen-
11 dus. Accusationes autem, si res ad ecclesiasticum statum pertinet, necessario apud solos religiosissimos episcopos vel metropolitas vel apud sanctas synodos vel religiosissimos patriarchas fieri iubemus: si vero civilis contentio est, volentibus tales quaestiones apud dictos religiosissimos episcopos proponere permittimus, invitum non cogimus, cum tribunalia civilia habeant, si

8 μηδέν. Ταὐτοῦ τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν, ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθείη τις αἰτίασις κατά τινος τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρικῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ τῶν σπορτούλων καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπεύσαμεν καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνείδομεν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦ-
9 μεν. Εἰ μέντοι παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέσεως παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου πατριάρχου ἢ τινι τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἢ ἄλλῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνεχθείη ψῆφος καὶ μὴ στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους ἔκκλητός τε γένηται, τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι

10 (3) νῦν κρατοῦν ἐξετάζεσθαι. Εἴ δέ τις τολμήσειε παρὰ ταὐτά τι πρᾶξαι, ἀναδώσει μὲν πᾶν ὅσον εἴληφε τῷ ὑπερπραχθέντι διπλάσιον, γενήσεται δὲ καὶ ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου μητροπολίτου, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλ-

11 (4 λόμενος καταλόγων. Τὰς δὲ αἰτιάσεις, εἰ μὲν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρᾷη τὸ πρᾶγμα κατάστασιν, ἐξ ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ μητροπολίταις ἢ παρὰ ταῖς εὐαγέσι συνόδοις ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις κελεύομεν· εἰ δὲ πολιτικὰ τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη, ἑκόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προτιθέναι συγχωροῦμεν, ἄκοντα δὲ οὐκ ἀναγκάζομεν, ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστη-

ea magis placeant, apud quae etiam de criminibus disceptari 12 licet. Quoniam vero quidam religiosissimorum patriarcharum in provinciis, in quibus agunt, etiam metropolitae locum obtinent, quidam per totam dioecesim ordinationes religiosissimorum episcoporum, qui sub ipsis sunt, vel metropolitarum vel ceterorum faciunt, de his ea sancimus, quae iam de religiosissimis metropolitis constituimus. is enim et metropolita merito nominetur, cuius dispositioni ex sacris canonibus episcopi qui sub metropoli constituti sunt subiciuntur. *D. XV k. Nov. Constantinopoli Lampadio et Oreste conss.* [a. 530]

30(1) *Idem A. Iohanni pp.* Sancimus in curationibus minorum, sive primae sive secundae aetatis sunt, vel etiam ceterorum, quibus e lege curatores dantur, si facultates minorum usque ad quingentos tantum solidos valent, non expectari creationem a provinciae rectoribus procedentem neque magnis sumptibus eam implicari rectoribus fortasse in illis civitatibus non morantibus, in quibus curationem procedere contingit, sed apud defensorem vel praefectum illius urbis, in Alexandria apud iuridicum eius, una cum eius religiosissimo episcopo vel etiam aliis publicis personis, si quas civitas habet, creationes tutorum curatorumque fieri, ut fideiussor secundum modum patrimonii ex sententia memoratarum personarum detur ceteraque omnia procedant, quae in tutorum curatorumve et fideiussorum persona fieri solent, cum personarum tantum, apud quas ea fiant, mutatio propter minorum utilitatem praesenti lege inducatur. Quae scilicet omnia sub datione duorum solidorum fiant: ideo enim potissimum haec constitutio inducta est: imminente poena, si quis plus accipere ausus est aut tutelam curatelamque ab maioris lucri spem constituere differt, ut non solum triplum totius summae quam accepit reddat, sed etiam ab administratione ipsa removeatur. Cum vero apud defensorem nominatio tutorum curatorumve fit, praesente etiam religiosissimo civitatis episcopo, gesta in ipsis sacrosanctae ecclesiae archivis deponi sancimus, ut perpetua rei memoria sit neve iis qui sub tutela curave constituti sunt securitas quam inde habent pereat. In hac autem magna urbe tutelae curatelaeque apud solum clarissimum praetorem constituantur quemadmodum iam sancitum est. *D. IIII k. Aug. Constantinopoli post cons. Lampadii et Orestis.* [a. 531]

31 *Idem A. Iohanni pp.* Sancimus, si quando afuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, et desiderat dominus rei vel creditor suam

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

30 (1) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Θεσπίζομεν ταῖς κηδεμονίαις τῶν νέων, εἴτε τῆς πρώτης εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας, ἢ καὶ ἕτεροί τινες οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας, εἴπερ ἄχρι πεντακοσίων χρυσῶν καὶ μόνον τὰ τῆς περιουσίας εἴη τῶν νέων, μὴ τὴν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν περιμένειν χειροτονίαν μηδὲ δαπάναις μεγάλαις περιβάλλεσθαι, τῶν ἀρχόντων ἴσως οὐδὲ ἐνδημούντων ταῖς πόλεσιν ἐκείναις, ἐν αἷς προϊέναι τὴν κηδεμονίαν συμβαίνει, ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ, κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων παρὰ τῷ ταύτης iuridico, ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ταύτης ἐπισκόπῳ ἢ καὶ δημοσίοις προσώποις, εἴγε εὐπορίᾳ τούτων ἡ πόλις, γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν κηδεμόνων, ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας διδομένου κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων προσώπων κρίσιν καὶ

τῶν ἄλλων ἁπάντων προϊόντων, ὁπόσα ἐπὶ τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον εἴθισται, μόνης τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς, παρ' οἷς ταῦτα πράττεται, διὰ τὸ τῶν νέων χρήσιμον ἀπὸ τῆς παρούσης νομοθεσίας εἰσαγο-

1 μένης. Πάντων δηλονότι ἐπὶ μόνῃ δύο νομισμάτων δόσει πραττομένων, διόπερ μάλιστα ἡ τοιαύτη τέθειται διάταξις· ποινῆς ἐπικειμένης, εἴ τις πλέον λαβεῖν θαρρήσειεν ἢ ἀναβάλλοιτο καταστῆσαι τὴν κηδεμονίαν ἐλπίδι μείζονος κέρδους, καὶ οὐ μόνον τριπλάσιον ἀναδιδόντος πᾶν ὅπερ ἂν λάβοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ φροντίσματος

2 ἀποκινουμένου. Ἡνίκα δὲ ἂν παρὰ ἐκδίκῳ γίνοιντο αἱ τῶν κηδεμόνων προβολαί, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου, ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις ἀποτίθεσθαι τὰ πραττόμενα θεσπίζομεν, ὥστε εἶναι διηνεκῆ τοῦ πράγματος μνήμην καὶ μὴ παραπόλλυσθαι τοῖς τυχοῦσι τῆς κηδεμονίας

3 τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν. Τῶν ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως κηδεμονιῶν παρὰ μόνῳ τῷ λαμπροτάτῳ πραίτωρι πραττομένων, καθάπερ ἤδη νενομοθέτηται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ τετάρτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Αὐγούστου 531 μετὰ τὴν ὑπατείαν Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.

31 *Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Ἰωάννην ἔπαρχον πραιτωρίων.* Θεσπίζομεν, ἐάν ποτε ἀπολιμπάνηται ἐκεῖνος, ὅστις κατέχει πράγματα ἀλλότρια ἢ τῷ πιστωτῇ ὑποκείμενα, καὶ ἐπιθυμῇ ὁ

intentionem proponere et non ei licentia sit absente suo adversario qui rem detinet vel infantia vel furore laborante et neminem tutorem vel curatorem habente vel in summa potestate constituto, licentia ei detur adire praesidem vel libellum ei porrigere et hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora et interruptionem temporis facere. 1 Sin autem nullo poterit modo praesidem adire, saltem ad episcopum locorum eat et suam manifestare voluntatem scriptis deproperet. *D. Constantinopoli k. Oct. post consulatum Lampadii et Orestis vv. cc.* [a. 531]

32 (1)*[Idem A.]* Si per tres annos emphyteuta domino emphyteusis canonem offert, dominus autem in regia urbe vel in provinciis commoratus eum accipere differt, licet emphyteutae pensionem ei offerre et fine triennii appropinquante, nisi accipere vult, obsignare id et ea de re testationem facere apud gloriosissimum praefectum urbi vel gloriosissimos praefectos praetorio vel competentem magistratum, cui praedii dominus subiectus est [vel patriarcham, si dominus potens est]: in provinciis vel apud praesidem vel praeside absente apud defensorem loci vel apud episcopum civitatis, in qua dominus fundi degit, ea de re agere, ut et unius memoratarum personarum testimonium rei gestae adhibeatur.

δεσπότης τοῦ πράγματος ἢ ὁ πιστωτὴς ἵνα τὴν ἐναγωγὴν αὐτοῦ κινήσῃ καὶ μὴ ᾖ αὐτῷ ἄδεια, ἀπολειπομένου τοῦ ἀντιδίκου αὐτοῦ, ὅστις τὸ πρᾶγμα κατέχει, ἢ νηπιότητι ἢ μανίᾳ πάσχοντος καὶ οὐδένα ἐπίτροπον ἢ κηδεμόνα ἔχοντος ἢ ἐν ὑπάτῳ ἀξιώματι τελοῦντος, [θεσπίζομεν] ἵνα ἄδεια παρέχηται αὐτῷ ὅπως προσέρχηται πρὸς τὸν ἄρχοντα ἢ λίβελλον ἐπιδίδῃ αὐτῷ καὶ τοῦτο εἰς μέμψιν καταφέρῃ εἴσω τοῦ ὡρισμένου χρόνου καὶ διακοπὴν τοῦ | χρόνου ποιῇ. Εἰ δ' ὅμως οὐδενὶ τρόπῳ δυνηθῇ ἵνα πρὸς τὸν ἄρχοντα προσέλθῃ, πορευέσθω τοὐλάχιστον πρὸς τὸν κατὰ τόπον ἐπίσκοπον καὶ σπευδέτω ἵνα τὴν ἰδίαν βούλησιν ἐγγράφως φανεροῖ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τοῖς καλένδαις τοῦ Ὀκτωβρίου 531 *μετὰ τὴν ὑπατείαν Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.*

32 (1) *[Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.]*

Ἐὰν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ὁ μὲν ἐμφυτευτὴς προσφέρῃ τῷ δεσπότῃ τὸν τῆς ἐμφυτεύσεως κανόνα, ὁ δὲ δεσπότης ἀναβάλληται δέξασθαι αὐτὸν ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διάγων ἢ ἐν ἐπαρχίαις, ἐξεῖναι τῷ ἐμφυτευτῇ προσάγειν αὐτῷ τὸ ἐμφύτευμα καὶ μελλούσης περαιοῦσθαι τῆς τριετίας, εἰ μὴ ἀνάσχοιτο λαβεῖν, σφραγίζειν αὐτὸ καὶ ἐπιμαρτύρεσθαι περὶ τούτου ἢ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον τῆς πόλεως ἢ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων ἢ τὸν πρόσφορον ἄρχοντα, ᾧτινι ὑπόκειται ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ἢ παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ ἐν ἀπουσίᾳ τοῦ ἄρχοντος παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῶν τόπων ἢ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ὁ δεσπότης τοῦ κτήματος διάγει, πράττειν περὶ τούτου, ὥστε καὶ τὴν ἐξ ἑνὸς τῶν εἰρημένων προσώπων προστεθῆναι τῷ πράγματι μαρτυρίαν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως ἔλοιτο λαβεῖν προσαγόμενον τὸ ἐμφύτευμα ὁ δεσπότης, κερδαινέτω μὲν αὐτὸ ὁ ἐμφυτευτής, μηδεμίαν ἀγωγὴν ἔχοντος εἰς ἀπαίτησιν αὐτοῦ τοῦ δεσπότου. Μήτε δὲ ἡ ἐμφύτευσις λυέσθω παρατρεχούσης τῆς τριετίας μήτε τῶν ἐφεξῆς ἐνιαυτῶν ἀπαιτείτω τὸν εἰωθότα κανόνα ὁ δεσπότης, ἕως ἂν αὐτὸς ἄνωθεν ὀχλήσας τῷ ἐμφυτευτῇ καὶ διαμαρτυρίαν αὐτῷ στείλας ἄρξηται αἰτεῖν τὸν ἐμφυτευτικὸν κανόνα· τότε γὰρ οὐ μὴν τοῦ προλαβόντος χρόνου παντὸς ἀπαιτείτω τὸν κανόνα ὁ δεσπότης, ὡς αὐτὸς αἴτιος τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν γεγονώς, τοῦ δὲ τρέχοντος χρόνου μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν αὐτοῦ ἀπαιτείτω τὸ ἐμφύτευμα. Ἐὰν δὲ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν τοῦ δεσπότου μὴ καταβάλῃ ὁ ἐμφυτευτὴς εὐγνωμόνως τὸν κανόνα, ἀκολούθως ἐξωθείτω αὐτὸν ὁ δεσπότης τῆς ἐμφυτεύσεως κατὰ τὴν δευτέραν τούτου τοῦ τίτλου διάταξιν.

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

1 Ac si ne sic quidem dominus oblatam pensionem accipere vult, emphyteuta eam lucretur, domino nullam ad exigendam eam actionem habente. 2 Neque vero emphyteusis triennii lapsu solvatur neque solitum sequentium annorum canonem dominus exigat, dum ipse emphyteutae desuper instando et testationem ei mittendo emphyteuticum canonem petere incipiat: tum enim sane non totius elapsi temporis canonem dominus petat, cum per ipsum factum sit quominus canonem acciperet, sed temporis inde ab ipsius testatione currentis

3 pensionem petat. Si vero per triennium post domini testationem emphyteuta canonem non sponte solvit, statim dominus eum ex emphyteusi expellat secundum alteram huius tituli constitutionem.

33 (1) *Idem A. religiosissimis ubique terrarum constitutis episcopis.* Sacram constitutionem fecimus, qua cunctos vetuimus vel invitam mulierem servam sive liberam in scaenam vel orchestram trahere vel discedere volentem prohibere vel fideiussores eius, qui hac de re certum auri modum promise-
1 runt, convenire. Sed si tale quid fiat, id a clarissimis provinciarum rectoribus et a religiosissimis civitatum episco-

1 τὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένοιτο, κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς

33 (1) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.* Θείαν ἐποιησάμεθα διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκειν οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν ἢ τοὺς ἐγγυητὰς τοὺς αὐτῆς ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίον ρη-

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

pis prohibendum esse iussimus, licentiam dantes religiosissimis episcopis cum clarissimo provinciae rectore eos qui vim adhibuerint vel recedere ab eo quaestu prohibuerint etiam invitos ad se pertrahendi et substantiam quidem eorum publicandi, ipsos autem 2 e civitate expellendi. Si vero ipse provinciae rector sit is qui vim faciat vel, quominus a dicto quaestu abscedant, prohibeat, eam quae haec patitur vel fideiussorem eius etiam solos religiosissimos episcopos adire permisimus: hi se opponant magistratui neve iniuriam fieri permittant: quod si facere non valent, referant ad imperatorem, ut a nobis competens poena infligatur, fideiussoribus penitus liberandis et fideiussionibus inutilibus redditis talibus praeterea mulieribus licentiam damus sive libertinis sive ingenuis legitimum matrimonium contrahere, etiamsi summis dignitatibus praediti sint qui eas ducunt, ut non amplius opus sit imperiali rescripto, sed libero arbitrio matrimonium ineant, nuptialibus tamen instrumentis omnimodo inter eos celebrandis: eadem etiam de filiabus scaenicarum 3 statuimus. Memoratam igitur constitutionem ad publicos magistratus datam etiam in quinto libro omnium constitutionum huius codicis nostrae pietatis nomine insigniti po-
4 suimus. Quoniam autem necesse erat per praesentem le-

πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διεταξάμεθα δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως

2 ἐξελαύνειν. Εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχουσαν ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητήν, τοὺς δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ἤ, εἰ μὴ γένοιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοί, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινήν, τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων· ἄδειαν δίδοντες ταῖς ἀπαλλαττομένας τοιαύταις γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, κἂν εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσας, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων· τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν

3 (1) διαταξάμενοι. Τὴν μὲν οὖν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀν-

4 τιγεγραμμένην τεθείκαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας

gem et vobis qui ubique terrarum estis religiosissimis episcopis ea palam fieri, ideo quae in illa pluribus verbis constituta sunt brevi comprehendentes hanc sacram constitutionem et ad vos direximus. ut sacerd talem gravitatem retinentes et continentiae studiosi haec observetis consideratione tam magni dei metus quam imperialis indignationis, si quid horum violaveritis. *D.K. Nov. Constantinopoli du Iustiniano pp A IIII et Paulino vc. conss.*

[a 534]

34 (1) *Idem A. Epiphanio sanctissimo huius almae urbis episcopo et oecumenico patriarchae.* Valde confidimus sacerdotum puritatem et bonam disciplinam affectionemque erga dominum deum et salvatorem nostrum Iesum Christum, preces denique continuo ab iis factae magnam benevolentiam rei publicae nostrae augmentumque parare. unde et barbaris imperare nobis licet dominosque fieri illorum quae antea non tenuimus. ac quanto auctoritas et decus eorum crescet, tantum etiam rei publicae nostrae incrementum accessurum speramus. nam si vitam gravem omnique vituperatione vacuam agunt et reliquum populum ad suam normam dirigunt, ut ad eorum gravitatem respiciens plurimis vitiis abstineat, palam est animos inde meliores omnibus futuros esse et nobis facile convenientem be-

καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερά, διὰ τοῦτο συνελόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα τήνδε τὴν θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι ταῦτα φυλάττοιτε, τό τε ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, εἴ τι τούτων παραβαίητε, λογιζόμενοι.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς καλένδαις τοῦ Νοεμβρίου ἐπὶ τῆς τετάρτης ὑπατείας τοῦ αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ Παυλίνου.

34 (1) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. Σφόδρα πιστεύομεν, ὡς ἡ τῶν ἱερέων καθαρότης τε καὶ εὐκοσμία καὶ ἡ πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συντονία καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπόμεναι διηνεκεῖς εὐχαὶ πολλὴν εὐμένειαν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ καὶ αὔξησιν παρέχονται· δι' ὧν ἔστιν ἡμῖν καὶ βαρβάρων κρατεῖν καὶ γίνεσθαι κυρίοις ἐκείνων, ἃ πρόσθεν οὐκ εἴχομεν. καὶ ὅσῳπερ ἂν τὰ τῆς αὐτῶν αὔξηται σεμνότητός τε καὶ κοσμιότητος, τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδιδόναι πιστεύομεν. εἰ γὰρ οἱ μὲν παρέχοιντο βίον σεμνόν τε καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτον, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα λαὸν νουθετοῖεν, ὥστε πρὸς τὴν αὐτῶν σεμνότητα βλέποντα τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι, πρόδηλον, ὡς ἐντεῦθεν αἵ τε ψυχαὶ πᾶσι βελτίους ἔσονται καὶ ῥᾳδίως ἡμῖν ἐνδοθήσεται παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλαν-

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ Ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

nevolentiam a magno deo et salvatore nostro Iesu Christo
1 applicatum iri. Haec igitur considerantibus nobis nuntiatum est necopinato esse devotissimorum diaconorum, quin etiam presbyterorum (nam ultra hunc gradum vel dicere erubescimus, religiosorum episcoporum videlicet , ex his ergo esse, quos non pudeat partim per se tesseras tractare et tam pudendo et laicis ipsis a nobis quam maxime interdicto ludo interesse partim eiusmodi ludum per se non facere, sed vel conversari cum ludentibus vel sedere spectatores actus inepti vel summa cum cupiditate spectare res omnium ineptissimas,convicia audire, quae in talibus oriri necesse est, et manus suas, oculos, aures adeo damnatis et prohibitis ludis polluere: alii etiam in publico vel equorum certaminibus se immiscunt vel etiam alios provocant super equorum clade victoriave, sive per se sive per alios indecenter talia ludentes, vel scaenicorum thymelicorumque ludorum spectatores fiunt vel bestiarum depugnationi in theatris intersunt non conscii, quod recens initiatos et venerandis mysteriis dignatos ipsi iubent adversantis daemonis cultui et omni pompae renuntiare, cuius non minima pars ea spectacula
2 sunt. Saepe eos ut haec observarent adhortati sumus: cum autem perpetuo nuntios ea de re ad nos adferri videamus,

1 θρωπία προσήκουσα. Ταῦτα τοίνυν ἡμῖν ἀνασκοπουμένοις προσήγγελται παραδόξως τινὰς τῶν εὐλαβεστάτων διακόνων, ἔτι γε μὴν καὶ πρεσβυτέρων (τὸ γὰρ ἔτι πορρωτέρω τούτου καὶ εἰπεῖν ἐρυθριῶμεν, φαμὲν δὴ τὸ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων), ὡς τούτων τινὲς οὐκ αἰσχύνονται οἱ μὲν αὐτόθεν κύβων ἅπτεσθαι καὶ τὴν οὕτως ἀσχήμονα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἰδιώταις παρ' ἡμῶν κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπηγορευμένην θέαν μετιέναι, οἱ δὲ τὴν τοιαύτην παιγνίαν οὐκ αὐτουργοῦσιν, ἀλλ' ἢ κοινωνοῦσι τοῖς πράττουσιν ἢ κάθηνται θεαταὶ πράξεώς ἀτόπου, καὶ θεῶνται μὲν σὺν ἐπιθυμίᾳ πάσῃ τὰ πάντων ἀτοπώτατα, λόγων δὲ ἀκούουσι βλασφήμων, οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη γίνεσθαι, μολύνουσί τε τὰς ἑαυτῶν χεῖρας τάς τε ὁράσεις τάς τε ἀκοὰς οὕτω κατεγνωσμένοις καὶ ἀπηγορευμένοις παιγνίοις· οἱ δὲ καὶ ἀπαρακαλύπτως ἢ ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις ἢ παραβάλλουσιν ἢ καὶ προκαλοῦνταί τινας ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων ἥττης ἢ νίκης, ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διά τινων ἑτέρων οὐκ εὐσχημόνως τὰ τοιαῦτα παίζοντες, ἢ τῶν ἐν σκηνῇ καὶ θυμέλαις θεαταὶ γίνονται παιγνίων, ἢ ταῖς ἐν θεάτροις τῶν μαχομένων πρὸς τὰ θηρία μάχαις παραγίνονται καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄρτι μυουμένοις καὶ τῶν προσκυνητῶν ἀξιουμένοις μυστηρίων αὐτοὶ προκηρύττουσιν ἀποτάττεσθαι τῇ τοῦ ἀντικειμένου δαίμονος λατρείᾳ τε καὶ πάσῃ πομπῇ, ἧς οὐκ ἐλάχιστον μέρος τὰ τοιαῦτα καθέ-

2 στηκε. Πολλάκις μὲν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα φυλάττεσθαι προσηγορεύσαμεν· ὁρῶντες δὲ συχνὴν τὴν περὶ τούτων γινομένην ἡμῖν προσαγγελίαν εἰς ἀνάγ-

ad necessitatem adducti sumus praesentem legem aggredi propter studium pietatis et simul tam pro sacerdotio ipso quam pro communi rei publicae
3 utilitate. Atque sancimus nullum diaconum vel presbyterum et multo magis episcopum (quod etiam incredibile forte videatur, cum in eorum ordinatione preces domino Christo deo nostro offerantur, et invocatio sancti adorandique spiritus fiat et capitibus aut manibus eorum sanctissima quae apud nos sunt mysteria imponantur vel tradantur, ut sensus omnes iis puri fiant et deo consecrentur neminem ergo horum deinceps post hanc sacram legem nostram audere vel quemcumque tesserarum ludum facere vel iis qui tesseris ludunt interesse vel adsidere et delectari iisque quae aguntur consentire vel vulgaribus spectaculis interesse, de quibus supra diximus, vel eorum quid facere quae in iis facere vetiti sunt, sed omni cum his communione de cetero ab-
4 stinere. Quod enim iam praecessit, etsi inquiri debeat vel etiam apte vindicari, tamen benigne indulgemus praesentis legis observationem omnibus in futurum tempus imponentes. decet enim eos ieiuniis et vigiliis et exercitiis sacrae scripturae et precibus pro omnium salute fundendis vacare neque his relictis omni ex parte profana et prohibita attingere.
5 Idem sancimus etiam in re-

κην ἤλθομεν ἐπὶ τὸν παρόντα νόμον διὰ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀφικέσθαι σπουδὴν καὶ ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης αὐτῆς, ἅμα δὲ ὑπέρ τε τοῦ κοι-

3 νῇ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντος. Καὶ θεσπίζομεν μηδένα μήτε διάκονον μήτε πρεσβύτερον καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐπίσκοπον (ὅπερ καὶ ἄπιστον ἴσως ἂν δόξειεν, ὧν ἐν ταῖς χειροτονίαις εὐχαί τε εἰς τὸν δεσπότην ἀναπέμπονται Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ γίνεται πνεύματος καὶ ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἢ ταῖς χερσὶν ἐπιτίθεται ἢ ἐπιδίδοται τὰ ἁγιώτατα τῶν παρ' ἡμῖν μυστηρίων, ὅπως ἂν αὐτοῖς τὰ αἰσθητήρια πάντα καθαρά τε γένοιτο καὶ καθιερωθείη θεῷ) μηδένα τοίνυν τούτων τολμᾶν τοῦ λοιποῦ μετὰ τόνδε τὸν θεῖον ἡμῶν νόμον ἢ κυβεύειν τὴν οἱανοῦν τῶν κύβων παιδιὰν ἢ τοῖ: τοῦτο πράττουσι κοινωνεῖν ἢ παρακαθῆσθαι καὶ τέρπεσθαι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῖς γινομένοις ἢ παραβάλλειν ταῖς δημώδεσι ταύταις θέαις, ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καί τι τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀπηγορευμένων ποιεῖν, ἀλλὰ πάσης πρὸς ταῦτα μετου-

4 σίας τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι. Τὸ γὰρ ἤδη προειληφός, εἰ καὶ ἀναζητεῖν ἐχρῆν ἢ καὶ μὴ μετιέναι προσηκόντως, ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν συγχωροῦμεν, τὴν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου παρατήρησιν ἅπασιν εἰς τὸν λοιπὸν ἐπιτιθέντες χρόνον. προσῆκον γάρ ἐστιν αὐτοῖς νηστείαις τε καὶ ἀγνείαις καὶ ταῖς ἀσκήσεσι τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς ὑπὲρ πάντων σχολάζειν εὐχαῖς, ἀλλὰ μὴ ταῦτα καταλιμπάνοντας τῶν παντάπασι βεβήλων τε καὶ ἀπηγορευμένων ἅ-

5 πτεσθαι. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο θεσπίζο-

liquos clericos, subdiaconos scilicet et lectores, qui et ipsi sacrae mensae et omnis circa sacrosanctas ecclesias ornatus ministri et operarii sunt et divina oracula contrectantes partim sacras nobis scripturas ex sanctis libris nostris legunt

6 partim hymnos canunt. Quod si quem in futurum eiusmodi quid fecisse apparebit idque delatum erit vel in hac felici urbe ad tuam sanctitatem vel in provinciis ad religiosissimos metropolitos sub te constitutos vel reliquos episcopos, quorum ordinatio ad beatitudinis tuae fastigium pertinet, et talis accusatio vel in diaconum vel in presbyterum vel adeo in religiosissimorum episcoporum quem dirigetur, beatitudo tua hic, in provinciis religiosissimi qui sub te sunt metropolitae eisque subditi episcopi haec cum omni diligentia secundum clericatus ordinem inquirant et perscrutentur, neque defunctoriam inquisitionem faciant, sed et testes fide dignos audiant et nihil ad eruendam veritatem praetermittant: ut enim eos a talibus retinemus, ita calumniari eos a quibusdam
7 vetamus. Et si quaestione ex omni parte divinis oraculis propositis instituta accusatio iusta esse apparebit et probabitur diaconum vel presbyterum aut aleatorem esse aut cum aleatoribus conversatum esse aut eiusmodi vanitatibus adsedisse aut memoratis spe-

μεν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν, ὑποδιακόνων τε καὶ ἀναγνωστῶν φαμεν, οἵπερ καὶ αὐτοὶ τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης καὶ παντὸς τοῦ περὶ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας κόσμου καθεστᾶσιν ὑπουργοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ τὰ θεῖα μεταχειριζόμενοι λόγια τὰς ἱερὰς ἡμῖν ἐκ τῶν εὐαγῶν ἡμῶν βιβλίων οἱ μὲν ἀναγινώσκουσι γραφάς, οἱ δὲ ὑμνοῦσιν
6 (4) ᾠδάς. Εἰ δέ τις τοῦ λοιποῦ τοιοῦτό τι πράττων φανείη καὶ προσαγγελθείη τοῦτο ἢ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ ἢ κατὰ τὰς ἐπαρχίας τοῖς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένοις θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, ὧν τὴν χειροτονίαν ὁ τῆς σῆς μακαριότητος ποιεῖται θρόνος, καὶ τοιαύτη τις ἐπέλθοι μέμψις ἢ διακόνῳ ἢ πρεσβυτέρῳ καὶ πολλῷ μᾶλλόν τινι τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τὴν σὴν ἐνταυθοῖ μακαριότητα κἂν ταῖς ἐπαρχίαις τοὺς ὑπὸ σὲ θεοφιλεστάτους μητροπολίτας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπους ταῦτα σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ κατὰ τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ζητεῖν καὶ ἀνερευνᾶν, μηδὲ πάρεργον ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων ἀξιοπίστων ἀκούειν καὶ διὰ πάσης ὁδοῦ χωρεῖν, ὥστε τὸ ἀληθὲς λαβεῖν. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς τῶν τοιούτων εἴργομεν, οὕτω καὶ συκοφαντεῖ-

7 σθαι παρά τινων κωλύομεν. Καὶ εἰ πανταχόθεν τῆς ἐξετάσεως τῶν θείων προκειμένων λογίων γινομένης ἀληθῶς ἔχειν ἡ μέμψις φανείη καὶ ἀποδειχθείη διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἢ κυβεύων ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν ἢ ταῖς τοιαύταις παρακαθήμενος ματαιότησιν ἢ ταῖς εἰρημέναις παραβάλλων θέαις, ἢ καὶ ἴσως τις τῶν θεοφιλεστά-

ctaculis interfuisse, vel fortasse etiam religiosissimorum episcoporum quis (quod plane non eventurum confidimus) tale spectaculum passus erit vel tesseris ludentibus adsidere et cum iis esse in futurum ausus erit, talis statim a beatitudine tua vel a metropolita vel religiosissimo episcopo sub quo constitutus est, si e clericis qui dicuntur est, a sacro ministerio removeatur eique canonica poena imponatur et tempus definiatur, intra quod eum conveniat ieiunia ac supplicationes subeundo magnum deum super
8 tali delicto placare. Et si quidem per definitum tempus tali poenae subiectus lacrimis paenitentia ieiunio domini dei imprecatione remissionem delicti exorare perseverabit, tum is sub quo constitutus est his diligenter compertis et cognitis communes pro eo preces fieri curet, et cum omni diligentia iniungat, ut in posterum tali sacerdotii iniuria abstineat: et si eum ad sufficientem paenitentiam venisse credet, tum sacerdotalem clementiam ei re-
9 stituat. Sin autem etiam post excommunicationem apparuerit neque vere paenituisse, immo id vilipendisse animoque manifesto a satana occupato, is sacerdos, cui subditus est, e numero clericorum eum eximat et prorsus deponat.
10 Qui non amplius ad clericorum ordinem reverti poterit, sed si quidem facultates habet, curia illius civitatis, in qua an-

των ἐπισκόπων (ὅπερ οὐδὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν ὅλως) τοιαύτης τινὸς ἀνάσχηται θέας ἢ τοῖς κυβεύουσι προσκαθεσθῆναι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῦ λοιποῦ θαρρήσειε, τὸν τοιοῦτον εὐθὺς ὑπὸ τῆς σῆς μακαριότητος ἢ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου ἢ τοῦ γε θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν τέτακται, εἴπερ τις τῶν εἰρημένων εἴη κληρικῶν, τῆς ἱερᾶς ἀφορίζεσθαι λειτουργίας, ἐπιτίθεσθαί τε αὐτῷ κανονικὸν ἐπιτίμιον καὶ ὁρίζεσθαι χρόνον, οὗπερ ἐντὸς προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν νηστείαις τε καὶ ἱκεσίαις χρώμενον τὸν μέγαν ἐξιλάσκεσθαι θεὸν ὑπὲρ

8 τοῦ τοιούτου πλημμελήματος. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ὁ τὸ τοιοῦτον ἐπιτίμιον δεχόμενος μείνειε δάκρυσί τε καὶ μετανοίᾳ καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν εὐχῇ ἄφεσιν τοῦ πλημμελήματος ἐξαιτῶν, τηνικαῦτα τὸν ὑφ' ᾧ τέτακται ταῦτα ἀκριβῶς μανθάνοντα καὶ περιεργαζόμενον κοινὴν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖν εὐχὴν γίνεσθαι, σὺν πάσῃ δὲ ἀκριβείᾳ παρεγγυᾶν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ τῆς τοιαύτης ἱερωσύνης ὅλως ἀπέχεσθαι· καὶ εἰ νομίσειεν αὐτὸν αὐτάρκως πρὸς μετάνοιαν ἐλθεῖν, τηνικαῦτα τῆς ἱερατικῆς αὐτῷ μεταδιδότω φιλανθρωπίας.
9 Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀφορισμὸν εὑρεθείη μήτε γνησίως τῇ μετανοίᾳ χρώμενος περιφρονῶν τε τοῦ πράγματος καὶ καθαρῶς ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου κατειλημμένος τὴν ψυχήν, οὗτος μὲν αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ὑφ' ᾧ τελεῖ τῶν ἱερατικῶν ἐξωθείτω καταλόγων παντάπασιν αὐ-

10 τὸν καθαιρῶν. Ὁ δὲ οὐκέτι παντελῶς ἄδειαν ἔξει πρὸς ἱερατικὴν ἐλθεῖν τάξιν. ἀλλ' εἰ μὲν ἔχοι περιουσίαν, τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης βουλευτήριον,

tea deo ministrabat vel, si ea civitas curiam non habet, alia provinciae civitas, quae potissimum curiali indiget, eum suscipiet cum facultatibus in posterum serviturum: si facultates non habet, officialis in posterum provincialis officii fiet pro clerico et, quia dei officium deseruit, provinciae officialis erit hac sibi contumelia pro anteriore honore comparata. 11 Haec igitur omnia custodienda sancimus in hac quidem alma urbe a sanctitate tua et per singulas sacrosanctas ecclesias a defensoribus et oeconomis, quibus curae erit inquirere ea et denuntiare et convictos victu annonisque a sacrosanctis ecclesiis eis deputatis privare: in provinciis vero sub beatitudine tua constituti religiosissimi metropolitae et praeterea religiosi qui sub eis sunt episcopi eorumque defensores et oeconomi, et ipsi eundem quem antea diximus rei modum adhibeant et sacerdotalem dignitatem ex omni parte integram et reprehensione va-12 cuam tueantur. Custodient haec etiam gloriosissimi sacrorum praetoriorum nostrorum praefecti, Orientis dicimus ingentibus quae eius iurisdictioni subiectae sunt, et Illyrico Africaeque dioecesi praepositi et officia quae eis oboediunt et clarissimi provinciarum rectores et civitatum defensores, ut magistratus ipsi qui magnas administrationes gerunt indignationem nostram metuant,

καθ' ἣν ἱεράτο πρότερον, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχοι βουλευτήριον ἡ πόλις, ἕτερον βουλευτήριον τῆς ἐπαρχίας, ὅπερ μάλιστα χρῄζει βουλευτοῦ, παραλήψεται τοῦτον τὸ λοιπὸν ἅμα τῇ περιουσίᾳ δουλεύοντα. εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχοι, ταξεώτης τὸ λοιπὸν ἔσται τῆς ἐπιχωρίου τάξεως ἀντὶ τοῦ πρόσθεν ἱερέως καί, ἐπειδὴ τὴν τοῦ θεοῦ τάξιν ἐκλέλοιπεν, ἔσται ταξεώτης ἐπιχώριος, ταύτην ἑαυτῷ τὴν αἰσχύνην ἀντὶ τῆς ἔμπροσθεν τιμῆς

11 (5) ἐπιθείς. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τὴν σὴν φυλάττειν ἁγιωσύνην καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐκδίκους τε καὶ οἰκονόμους, οἷς ἐπιμελὲς ἔσται τὰ τοιαῦτα καὶ ἀναζητεῖν καὶ προσαγγέλλειν καὶ τοὺς ἁλισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς διδομένης αὐτοῖς παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν σιτήσεώς τε καὶ χορηγίας· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἵ τε ὑπὸ τῇ σῇ μακαριότητι τεταγμένοι θεοφιλέστατοι μητροπολῖται καὶ πρός γε οἱ ὑπ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς ἐπίσκοποι καὶ οἱ τούτων ἐκκλησιέκδικοι καὶ οἰκονόμοι καὶ αὐτοὶ τὸν ἴσον τρόπον, καθ' ὅνπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν, τῷ πράγματι χρώμενοι καὶ τὸ ἱερατικὸν σέβας πανταχόθεν ἀνεπίληπτόν τε καὶ ἀμώμητον φυ-12 λάττοντες. Παραφυλάξουσι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐνδοξότατοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ὕπαρχοι, φαμὲν δὲ τοὺς τῆς Ἑῴας ἐπὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔθνεσι τῇ αὐτῶν δικαιοδοσίᾳ οἵ τε τῆς Ἰλλυρίδος οἵ τε τῆς Ἄφρων προεστῶτες διοικήσεως καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, αὐτοὶ μὲν οἱ τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἄρχοντες ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενοι, αἱ δὲ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς δέκα χρυσίου λιτρῶν ἀγωνιῶσαι

officia eorum decem auri librarum poenam pertimescant, provinciales autem magistratus tam maiores quam minores et eorum officia et insuper civitatum defensores quinarum auri librarum poenam metuant, si de his certiores facti et ipsi non rettulerint ad sacerdotes, id est religiosissimos episcopos et sanctissimos metropolitas vel sanctissimos uniuscuiusque dioeceseos patriarchas, ad quam quisque terram pertinet, ut illi his cognitis secundum ea quae antea disposita sunt omnes invadant, neque, si qui talium delictorum ab iis convictus fuerit [non] resipuerit, civitatis curiae vel officio eum 13 adgregari curaverint. Etiam gloriosissimus huius almae urbis praefectus haec observabit, si in hac regia urbe nostra peccatur, una cum officio ei subiecto, ut ipse indignationem nostram vereatur, officium eius decem auri librarum poe-14 nam metuat. Verum haec legis latione confecimus, illud autem consentaneum est, iusta deo a nobis in promovenda sacerdotum adversus ipsum gra-15 vitate persoluta esse. Qui si constitutorum aliquid transgrediuntur et conivent nec vindicant, sed vituperabilem quandam gratiam faciunt, praeter poenas [quae ex nostris legibus proveniunt] caelestes quoque subibunt et sententiam divinam quae in ipso dei tribunali fiet turpem conniventiam arguens et 16 vindicans. Si vero civilium

ποινήν, ἄρχοντες δὲ ἐπιχώριοι μείζους τε καὶ ἐλάττους καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ πρός γε οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι ἀνὰ πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινὴν εὐλαβούμενοι, εἰ ταῦτα μαθόντες μὴ προσαγγείλαιεν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἱερεῦσι, τουτέστιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις ἢ τοῖς ἑκάστης διοικήσεως ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, καθ' ἣν ἂν ἕκαστος τελοίη χώραν, ὥστε ἐκείνους ταῦτα μαθόντας κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διωρισμένον ἅπασιν ἐπεξελθεῖν, καί, ἐπειδὰν παρ' αὐτῶν ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἁλοὺς καθαιρεθείη, μὴ τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἢ τῇ τάξει τοῦτον παραδοθῆναι παρασκευά-

13 σαιεν. Καὶ ὁ ἐνδοξότατος ὕπαρχος τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ταῦτα παραφυλάξει, εἴπερ ἐπὶ ταύτης ἁμαρτάνοιτο τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως, ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει, αὐτὸς μὲν ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενος, ἡ δὲ αὐτοῦ τάξις δέκα χρυσίου λι-14 τρῶν εὐλαβουμένη ποινήν. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα νομοθετικῶς πεπράχαμεν· ἐκεῖνο δὲ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἡμῖν μὲν ἀφωσίωται πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν τῶν

15 ἱερέων σεμνότητος. Εἰ δὲ αὐτοί τι παραβαίνοιεν τῶν τεταγμένων καὶ παραπροσποιοῖντο καὶ μὴ ἐπεξίοιεν, ἀλλά τινα δῆθεν φιλανθρωπίαν οὐκ ἐπαινετὴν ἕλοιντο, πρὸς τὰς ἐξ οὐρανοῦ ποινὰς ἕξουσι καὶ τὴν ἐκεῖθεν κρίσιν, ἥτις αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ θεοῦ παραστήσεται βήματι τὴν οὐκ εὐπρεπῆ παραπροσποίησιν ἐλέγχουσά τε καὶ μετι-

16 οῦσα. Εἰ δὲ καί τις τῶν πολιτι-

magistratum tam maiorum quam minorum vel officialium vel defensorum quis vel ea de re certior factus ea non nuntiaverit vel cum vindicare licuit, id neglexerit vel etiam rem mercede prodiderit, sciat se praeter definitas a nobis poenas etiam magni dei vindictam sibi instaturam et omnibus exsecrationibus, quae sanctis libris continentur, obnoxios se fore. 17 Ut autem haec a nobis non nisi in domini cultum sancita sunt, ita et illud adicimus, ut inquisitiones diligenter fiant, neve quis calumniator quibusdam existat et falso in eiusmodi causa accuset vel testi- 18 monium ferat. Quemadmodum enim sacerdotibus, si quid eiusmodi egerint, tales poenas imposuimus, sic et eos qui calumniari temptaverint tam caelestes quam ex legibus nostris poenas subire volumus, si denuntiatione facta insistere noluerint vel tales accusationes perferre non valeant: prosecuti undique aequitatem et iustitiam, quam in omni re et praecipue in legibus ferendis veremur. *D. prid. non. Nov. Constantinopoli Iustiniano pp. A. IIII et Paulino vc. conss.* [a. 534]

κῶν ἀρχόντων μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων ἢ ταξεωτῶν ἢ ἐκδίκων ἢ μαθών ταῦτα μὴ μηνύσειεν ἢ ἐπεξελθεῖν ἐξὸν ῥαθυμήσειεν ἢ καὶ τὸ πρᾶγμα μισθοῦ καταπροδοίη, ἴστω, ὡς πρὸς ταῖς ἠπειλημέναις παρ' ἡμῶν ποιναῖς ἕξει καὶ τὴν παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ τιμωρίαν ἐπομένην καὶ ἔνοχος ἔσται ταῖς ἀραῖς ἁπάσαις ταῖς τοῖς ἱεροῖς περιεχομέναις

17 (7) βιβλίοις. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἡμῖν δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν τοῦ δεσπότου νενομοθέτηται θεραπείαν, οὕτω κἀκεῖνο προστίθεμεν, ὥστε τὰς ἐξετάσεις σὺν ἀκριβείᾳ γίνεσθαι καὶ μηδένα συκοφάντην ἐπανίστασθαί τισι καὶ ψευδοκατηγορεῖν ἢ ψευδομαρτυρεῖν ἐν 18 τοῖς τοιούτοις. Καθάπερ γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, τηλικαύτας ἐπεθήκαμεν ποινάς, οὕτω καὶ τοῖς συκοφαντεῖν αὐτοὺς πειρωμένοις τὰς ἐξ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων ποινὰς ἐπικεῖσθαι βουλόμεθα, εἰ προσαγγείλαντες εἶτα ἐπεξελθεῖν μὴ βουληθεῖεν ἢ συστῆναι ταῖς τοιαύταις κατηγορίαις οὐκ ἰσχύσαιεν· πανταχόθεν τῆς ἰσότητος καὶ δικαιοσύνης, ἣν διὰ πάσης τιμῶμεν πράξεως καὶ μάλιστα ἐν τῇ θέσει τῶν νόμων, ἀντεχόμενοι.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ προτεραίᾳ τῶν νονῶν τοῦ Νοεμβρίου 534 ἐπὶ τῆς τετάρτης ὑπατείας τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐσαεὶ Αὐγούστου καὶ τῆς τοῦ Παυλίνου.

V(1).

De haereticis et Manichaeis et Samaritis.

1 *Imp. Constantinus A. ad Dracilianum.* Privilegia, quae contemplatione religionis indulta sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. haereticos non solum his privilegiis alienos esse volumus, sed et diversis muneribus constringi et subici. *PP k. Sept. Gerasti Constantino A. VII et Constantio conss.* [a. 326]

2 *Imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium pp* Omnes vetitae legibus et divinis et imperialibus constitutionibus haereses perpetuo conquiescant et nemo ulterius conetur quae reppererit profana praecepta vel docere vel discere: ne antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, et ministros creare, quod non sunt: ne per conventiam iudicantium omniumque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia neglegatur et 1 crescat. Haereticorum autem vocabulo continentur et latis adversus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel levi argumento iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare. *D. III non. Aug. Mediolano. acc. XIII k. Sept. Ausonio et Olybrio conss.* [a. 379]

(1)—B. I. 1. 22 ἐπ.

5(1).

Περὶ αἱρετικῶν καὶ Μανιχαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

1 *Ὁ αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος Αὔγουστος πρὸς Δρακιλιανόν.* Τὰ προνόμια, ἅτινα τῆς θρησκείας τῷ λόγῳ εἰσὶν ἀπονενεμημένα, προσήκει ἵνα ὠφελῶσι μόνον τοῦ καθολικοῦ νόμου τοὺς τηρητάς· οἱ δ' αἱρετικοὶ βουλόμεθα ἵνα μὴ μόνον ὦσιν ἀλλότριοι τῶν προνομίων τούτων, ἀλλὰ καὶ ἵνα διαφόροις λειτουργίαις ἀναγκάζωνται καὶ ὑποβάλλωνται.

Ἐδόθη ἐν Γερασίῳ τῇ καλένδαις τοῦ Σεπτεμβρίου 326 ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ὑπατείας τοῦ Κωνσταντίνου Αὐγούστου καὶ τῆς τοῦ Κωνσταντίου.

2 Οἱ αὐτοκράτορες Γρατιανός, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Θεοδόσιος Αὔγουστο. πρὸς Ἑσπέριον ἔπαρχον πραιτωρίων Πᾶσαι αἱ αἱρέσεις αἱ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν θείων καὶ τῶν αὐτοκρατορικῶν διατάξεων ἀπαγορευόμεναι διηνεκῶς ἠρεμείτωσαν καὶ μηδεὶς ἐφεξῆς ἀποπειράσθω ἵνα ἢ διδάσκῃ ἢ μανθάνῃ ὅσα βέβηλα εὗρε παραγγέλματα: μηδὲ οἱ ἱεράρχαι αὐτῶν τολμάτωσαν ἵνα παρεισάγωσι πίστιν, ἣν οὐκ ἔχουσι, καὶ λειτουργοὺς χειροτονῶσιν, ἐπειδὴ [αὐτοὶ] οὐκ εἰσι [τοιοῦτοι]: μηδὲ κατὰ παραχώρησιν τῶν κρινόντων καὶ πάντων, οἷς διὰ τῶν πατρικῶν διατάξεων ἐντέταλται ἡ περὶ τούτου φροντίς, παραμελείσθω καὶ αὐξανέσθω ἡ τοιαύτη 1 αὐθάδεια. Τῇ προσωνυμίᾳ δὲ τῶν αἱρετικῶν περιλαμβάνονται καὶ ταῖς κατ' αὐτῶν κειμέναις διατάξεσιν ὀφείλουσι γὰ ὑπόκεινται ὅσοι ἀποκαλυφθήσονται ὅτι καὶ ἐλαφρῷ ἔτι ἐπιχειρήματι παρεκκλίνουσιν ἀπὸ τῆς κρίσεως καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς καθολικῆς θρησκείας.

Ἐδόθη ἐν Μεδιολάνῳ τῇ τρίτῃ τῶν νονῶν τοῦ Αὐγούστου. Ἐλήφθη τῇ δε-

(1)—Βάσ. I. 1. 22 ἐπ.

3 *Impp. Areadius et Honorius AA. Clearcho pu.* Cuncti haeretici procul dubio noverint omnia sibi loca adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur sive diaconica appellantur vel etiam decanica, sive in privatis domibus vel locis huiusmodi coetibus copiam praebere videantur: his aedibus vel locis privatis ecclesiae

1 catholicae vindicandis. Ad hoc interdicatur his omnibus ad litaniam faciendam noctu vel die profanis coire conventibus: statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuae vel praesidale quinquaginta, si quid huiusmodi fieri vel in publico vel in privatis aedibus concedatur. *D. V non. Mart. Constantinopoli Arcadio IIII et Honorio III AA. conss.* [a. 396]

4 *Idem AA. et Theodosius A-Senatori pp.* Manichaeos seu Manichaeas vel Donatistas meritissima severitate persequimuri huic itaque hominum genernihil ex moribus, nihil ex legi bus sit commune cum ceteris.

1 Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia, quod in religione divina comittitur, in omnium fertur iniuriam. quos bonorum etiam publicatione persequimur: quae

κάτῃ τρίτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Σεπτεμβρίου 379 ἐπὶ τῆς ὑπατείας Αὐσωνίου καὶ Ὀλυβρίου.

3. Οἱ αὐτοκράτορες Ἀρκάδιος καὶ Ὀνώριος Αὔγουστοι πρὸς Κλέαρχον ἔπαρχον τῆς πόλεως. Ἅπαντες οἱ αἱρετικοὶ ἀναμφιβόλως γινωσκέτωσαν ὅτι ἀφαιρεθήσονται ἀπ' αὐτῶν πάντες οἱ τόποι, εἴτε ὑπὸ τῷ ὀνόματι τῶν ἐκκλησιῶν κατέχονται, εἴτε διακονικὰ καλοῦνται ἢ καὶ δεκανικά, εἴτε ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις ἢ τόποις φαίνονται ὅτι ταῖς τοιαύταις συνόδοις εὐχέρειαν παρέχουσι: τούτων τῶν οἴκων ἢ τῶν τόπων τῶν ἰδιωτικῶν ὑπὸ τῆς καθολικῆς

1 ἐκκλησίας διεκδικουμένων. Πρὸς τοῦτο ἀπαγορευέσθω πᾶσι τούτοις ἵνα νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν ἐν βεβήλοις συνέρχωνται συνόδους πρὸς τὸ ποιεῖν λιτὴν [λιτανείαν]: ὁριζομένης δηλονότι καταδίκης ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου κατὰ τῆς τάξεως τοῦ σοῦ ὕψους ἢ πεντήκοντα κατὰ τῆς τῶν διοικητῶν, ἐὰν συγχωρηθῇ ἵνα γίγνηται τοιοῦτόν τι ἢ ἐν δημοσίῳ ἢ ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ πέμπτῃ τῶν νονῶν τοῦ Μαρτίου 396 *ἐπὶ τῆς τετάρτης ὑπατείας τοῦ Ἀρκαδίου καὶ τῆς τρίτης τοῦ Ὀνωρίου Αὐγούστων.*

4. Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι καὶ ὁ Θεοδόσιος Αὔγουστος πρὸς Σενατόριον ἔπαρχον πραιτωρίων. Τοὺς Μανιχαίους ἢ τὰς Μανιχαίας καὶ τοὺς Δονατιστὰς ἀξιωτάτῃ αὐστηρότητι καταδιώκομεν. Πρὸς τοῦτο λοιπὸν τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος μηδὲν ἐκ τῶν ἐθίμων, μηδὲν ἐκ τῶν νόμων ἔστω κοινὸν μετὰ τῶν λοι-

1 πῶν [ἀνθρώπων]. Καὶ πρῶτον μὲν βουλόμεθα ἵνα δημόσιον ἢ ἔγκλημα, ἐπειδὴ τὸ κατὰ τῆς θρησκείας διαπραττόμενον εἰς ὕβριν ἁπάντων φέρεται. Τούτους καὶ διὰ τῆς τῶν ὑπαρχόντων δημεύσεως καταδιώκομεν: ἄτι-

tamen cedere iubemus proximis quibusque personis, ita ut ascendentium vel descendentium vel venientium ex latere cognatorum usque ad secundum gradum velut in successionibus ordo servetur quibus ita demum ad capiendas facultates esse ius patimur, si non et ipsi pari conscientia 2 polluuntur. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quolibet 3 titulo veniente. Praeterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuiquam convicto re- 4 linquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio tendatur. nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire iudi- 5 cium. Ergo et suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento sive codicillo sive epistula sive quolibet genere reliquerit voluntatem qui Manichaeus fuisse convincitur: hoc quoque casu eadem illa circa gradus superius comprehensos condicione servata. 6 Sed nec filios heredes existere aut adire permittimus, nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam pae-

7 nitentibus damus. In eos etiam auctoritatis aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione defendent. 8 Servos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum evitantes ad eccle-

να ὅμως κελεύομεν ἵνα προσχωρῶσι τοῖς ἐγγυτάτοις οἱοισδήποτε προσώποις, οὕτως ἵνα, ὡς ἐν ταῖς διαδοχαῖς, φυλάσσηται ἡ τάξις τῶν ἀνιόντων ἢ κατιόντων ἢ τῶν ἐκ πλαγίου ἐρχομένων συγγενῶν ἄχρι τοῦ δευτέρου βαθμοῦ. Ἀνεχόμεθα δὲ ἵνα οὕτω μόνον ὑπάρχῃ παρ' αὐτοῖς δικαίωμα πρὸς τὸ λαμβάνειν τὰς περιουσίας, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ δι' ὁμοίας συνειδήσεως ῥυπαίνωνται. 2 Βουλόμεθα δ' ἅμα ἵνα οὗτοι ἐκβάλλωνται ἀπὸ πάσης ἐλευθεριότητος καὶ διαδοχῆς οἱῳδήποτε τίτλῳ ἐρχομένης. 3 Ἐκτὸς τούτου οὐδὲ τοῦ δωρεῖσθαι, οὐδὲ τοῦ ἀγοράζειν, οὐδὲ τοῦ πωλεῖν, οὐδὲ τέλος τοῦ συναλλάττεσθαι οἱῳδήποτε ἀποκαλυπτομένῳ ἐνόχῳ εὐχέρειαν 4 καταλείπομεν. Καὶ μέχρι τοῦ θανάτου ἡ ἔρευνα ἐκτεινέσθω. Διότι ἐὰν ἐν τοῖς ἐγκλήμασι τῆς καθοσιώσεως ἔξεστιν ἐγκαλεῖν τὴν μνήμην τοῦ τελευτήσαντος, οὐκ ἀναξίως καὶ ἐνταῦθα ὀφείλει ἵνα τὴν κρίσιν ὑπομένῃ. Ὅθεν 5 καὶ ἡ ὑστάτη ἐκείνου γραφὴ ἄκυρος ἔστω, εἴτε ἐν διαθήκῃ εἴτε ἐν κωδικέλλῳ εἴτε ἐν ἐπιστολῇ εἴτε οἱῳδήποτε τρόπῳ κατέλιπε τὴν βούλησιν ὁ ἐλεγχόμενος ὅτι Μανιχαῖος ὑπῆρξεν. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ θέματι παραφυλαττομένης αὐτῆς ἐκείνης τῆς αἱρέσεως περὶ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ἀνωτέρω περιλη-

6 φθέντας. Ἀλλὰ μηδὲ συγχωροῦμεν ἵνα οἱ παῖδες ὑπάρχωσιν ἢ ὑπεισέρχωνται ὡς κληρονόμοι, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς πατρικῆς κακίας ὑπαναχωρήσωσι: διότι τοῖς μεταμελομένοις δίδομεν συγ- 7 γνώμην τοῦ ἀδικήματος. Κατ' ἐκείνων δ' ἅμα διευθυνέσθωσαν τῆς αὐθεντίας τὰ κέντρα, οἵτινες διὰ κολασίμου προνοίας ἤθελον ὑπερασπίσῃ τού- 8 τους ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις. Πρὸς τούτοις δὲ βουλόμεθα ἵνα ἔξω ἁμαρτήματος ὦσιν οἱ δοῦλοι, οἵτινες, τὸν δε-

siam catholicam servitio fideliore transierint. *D. VIII k. Mart. Romae Honorio VII et Theodosio II AA. conss.* [a. 407]

5 *Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. Florentio pp.* Ariani et Macedoniani, Pneumatomachi et Apollinariani et Novatiani sive Sabbatiani, Eunomiani, Tetraditae sive Tessarescaedecatitae, Valentiuiani, Papianistae, Montanistae seu Priscillianistae vel Phryges vel Pepuzitae, Marcianistae, Borboriani, Messaliani, Eutychitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermeieciani, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, Ophitae, Encratitae, Apotactitae, Saccophori et, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant, Manichaei nusquam in Romano solo conveniendi orandique habeant facultatem. 1 Manichaeis etiam de civitatibus expellendis et ultimo supplicio tradendis, quoniam nihil his relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria, cunctisque legibus, quae contra eos ceterosque qui nostrae fidei refragantur olim latae sunt diversisque prolatae temporibus, semper viridi observantia valituris sive de donationibus in haereticorum conventicula, quae ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis sive ex ultima

σπότην τὸν ἱερόσυλον ἀποφεύγοντες, εἰς τὴν καθολικὴν θρησκείαν θεραπείᾳ πιστοτέρᾳ ἤθελον μεταστῆ.

Ἐδόθη ἐν Ῥώμῃ τῇ ὀγδόῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Μαρτίου 407 *ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ὑπατείας τοῦ Ὁνωρίου καὶ τῆς δευτέρας τοῦ Θεοδοσίου Αὐγούστων.*

5. Ὁ Αὐτοκράτωρ Θεοδόσιος Αὔγουστος καὶ ὁ Οὐαλεντινιανὸς Καῖσαρ πρὸς Φλωρέντιον ἔπαρχον πραιτωρίων.

Οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Μακεδονιανοί, οἱ Πνευματομάχοι καὶ Ἀπολλιναριανοὶ καὶ Νοβατιανοὶ εἴτε Σαββατιανοί, οἱ Εὐνομιανοί, οἱ Τετραδῖται, οἱ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ Βαλεντινιανοί, οἱ Παπιανισταί, οἱ Μοντανισταὶ ἢ Πρισολλιανισταὶ ἢ Φρύγες ἢ Πεπουζῖται, οἱ Μαρκιανισταί, οἱ Βορβοριανοί, οἱ Μεσσαλιανοί, οἱ Εὐτυχῖται ἢ Ἐνθουσιασταί, οἱ Δονατισταί, οἱ Αὐδιανοί, οἱ Ὑδροπαραστάται, οἱ Τασκοδροῦχοι, οἱ Βατραχῖται, οἱ Ἑρμεσκανοί, οἱ Φωτινιανοί, οἱ Παυλιανοί, οἱ Μαρκελλιανοὶ οἱ Ὀφῖται, οἱ Ἐγκρατῖται, οἱ Ἀποτακτῖται, οἱ Σακοφόροι καί, οἵτινες εἰς τὴν ἐσχάτην μέχρις ἐγκλημάτων ἀχρειότητα περιελήλυθασι, [τουτέστιν] οἱ Μανιχαῖοι μηδέποτε ἐχέτωσαν εὐχέρειαν ἵνα ἐν τῷ Ρωμαϊκῷ ἐδάφει συνέρχωνται καὶ προ- 1 σεύχωνται. Τῶν Μανιχαίων μάλιστα ἐκ τῶν πόλεων ἐκβαλλομένων καὶ τῇ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ παραδιδομένων, ἐπειδὴ οὐδεὶς τόπος δέον ἵνα καταλιμπάνηται αὐτοῖς, ἐν ᾧ καὶ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις ὕβρις ἤθελε προσγίγνεσθαι, καὶ ἁπάντων τῶν νόμων, οἵτινες κατὰ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τῇ ἡμετέρᾳ ἐναντιοῦνται πίστει, εἰσηνέχθησάν ποτε καὶ ἐν διαφόροις ἐξηνέχθησαν καιροῖς, πάντοτε ἐν ἀκμαίᾳ παραφυλακῇ ἰσχυόντων εἴτε περὶ τῶν δωρεῶν τῶν γιγνομένων εἰς τὰς τῶν αἱρετικῶν συνόδους, ἃς αὐτοὶ αὐθαδῶς ἀποπειρῶνται ἵνα ἐκκλησίας ἀποκαλῶσιν, εἴτε

voluntate rebus qualitercumque relictis sive de privatis aedificiis, in quae domino permittente vel conivente convenerint, venerandae nobis catholicae vindicandis ecclesiae sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multam vel exilium, si sit ingenuus, subituro, metallum vero post verbera, si servilis 2 condicionis sit. Ita ut nec in publico convenire loco nec aedificare sibi quasi ecclesias nec ad circumscriptionem legum quicquam meditari valeant, omni civili et militari, curiarum etiam et defensorum et iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi 3 auxilio. Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quae de militia poenisque variis de diversis sunt haereticis promulgata, ut nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetratum. *D. III k. Iun. Constantinopoli Felice et Tauro conss.* [a. 428]

6 *Idem AA Leontio pu.* Damnato portentuosae superstitionis auctore Nestorio nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani lege divae memoriae Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani vocentur, ut, cuius scelus sunt

περὶ τῶνἐκ τελευταίας βουλήσεως ὁπωσδήποτε καταλιμπανομένων πραγμάτων, εἴτε περὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἰκημάτων, ἐν οἷς τοῦ δεσπότου ἐπιτρέποντος ἢ ἀνεχομένου ἤθελον συνέλθῃ, τῶν ὑπὸ τῆς προσκυνητῆς ἡμῖν καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκδικουμένων, εἴτε περὶ τοῦ προκουράτωρος, ὅστις ἐποίησε τοῦτο ἀγνοοῦντος τοῦ δεσπότου, καὶ ὅστις ὀφείλει ἵνα δέκα μὲν λιτρῶν χρυσίου πρόστιμον ἢ ἐξορίαν ὑπομένῃ, ἐὰν εὐγενής ἐστι, μεταλλεῖον δὲ μετὰ τὴν μαστίγωσιν ἐὰν 2 δουλικῆς τύχης ἐστίν. Οὕτως ὥστε νὰ μὴ δύνωνται μηδ' ἐν δημοσίῳ τόπῳ συνέρχεσθαι μηδ' οἰκοδομεῖν ἑαυτοῖς οἱονεὶ ἐκκλησίας μηδὲ μελετᾶν τι πρὸς περιγραφὴν τῶν νόμων, πάσης πολιτικῆς καὶ στρατιωτικῆς, τῶν βουλευτηρίων ἅμα καὶ τῶν ἐκδίκων καὶ τῶν ἀρχόντων βοηθείας ἀπαγορευομένης ἐπὶ 3 ἀπειλῇ εἴκοσι λιτρῶν χρυσίου. Κἀκείνων δὲ πάντων ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν ἰσχύι παραμενόντων, ὅσα περὶ τῆς στρατείας καὶ τῶν ποικίλων ποινῶν περὶ τῶν διαφόρων αἱρετικῶν ἐδημοσιεύθησαν, ἵνα μηδὲ εἰδικὴ κἂν εὐεργεσία ἰσχύῃ ἐναντίον τῶν νόμων ἐπιτευχθεῖσα.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ τρίτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἰουνίου 428 *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Εὐτυχοῦς καὶ Ταύρου.*

6 Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι πρὸς Λεόντιον ἔπαρχον τῆς πόλεως. Καταδικασθέντος τοῦ Νεστορίου, τοῦ δημιουργοῦ τῆς τερατώδους δεισιδαιμονίας, τὸ στίγμα ἀναλόγου ὀνόματος ἐγκολαφθήτω τοῖς ὀπαδοῖς αὐτοῦ, ἵνα μὴ καταχρῶνται τῇ προσωνυμίᾳ τῶν χριστιανῶν· ἀλλὰ καθ' ὃν τρόπον διὰ τοῦ νόμου τοῦ θείας μνήμης Κωνσταντίνου οἱ Ἀρειανοὶ ἕνεκα τῆς ὁμοιότητος τῆς ἀσεβείας Πορφυριανοὶ ἀπὸ τοῦ Πορφυρίου ἐπονομάζονται, οὕτως οἱ ἁπανταχοῦ κοινωνοὶ τῆς ἀνοσίου αἱρέσεως τοῦ

in deserendo deo imitati, eius vocabulum iure videantur esse 1 sortiti. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi Nestorii adversus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scriptos habere aut legere aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri ac publice 2 comburi decernimus. Ita u nemo in religionis disputatione aliquam supra dicti nominis faciat mentionem aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus aut villa aut suburbano suo aut alio quolibet loco conventiculum clam aut aperte praebeat: quos omni conventus celebrandi licentia privari statuimus: scientibus universis violatorem huius legis publicatione bonorum esse coercendum. *D III non. Aug. Constantinopoli Theodosio XV et Valentiniano IIII AA. conss.* [a. 435]

7 *Idem AA. Florentio pp.* Curiales omnium civitatum, onerosis quin etiam militiae seu diversis officiis facultatum et personalium munerum obligatos suis ordinibus, cuiuscumque sectae sint, inhaerere censemus, ne videamur hominibus exsecrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium praestitisse, quos volumus huius constitutionis auctoritate damnari. *D. prid. k. Febr. Constantinopoli Theodosio A. XVI et Fausto conss.* [a. 438]

Νεστορίου Σιμμωνιανοὶ ἀποκαλείσθωσαν, ἵνα δικαίως φαίνωνται λαχόντες τοῦ ὀνόματος ἐκείνου, οὗ τὸ μύσος [κακούργημα] ἐμιμήθησαν ἐν τῷ ἐγκατα- 1 λιπεῖν τὸν θεόν. Μηδὲ τὰ ἀσεβῆ βιβλία τοῦ ἀνοσίου καὶ ἱεροσύλου Νεστορίου, τὰ γεγραμμένα κατὰ τῆς προσκυνητῆς τῶν ὀρθοδόξων τάξεως [αἱρέσεως] καὶ τῶν ψηφισμάτων τῆς ἁγιωτάτης τῶν ἱερέων συνόδου, τῆς ἐν Ἐφέσῳ γενομένης, ἀποτολμάτω τις νὰ ἔχῃ ἢ ἀναγινώσκῃ ἢ ἀντιγράφῃ· ταῦτα δὲ ψηφιζόμεθα ἵνα ἐπιμελεῖ ζήλῳ ἀναζητῶνται καὶ δημοσίᾳ κατα- 2 καίωνται. Οὕτως ἵνα μηδεὶς ἐν τῇ τῆς θρησκείας φιλονεικίᾳ ποιῆται μνείαν τινὰ τοῦ προειρημένου ὀνόματος ἢ τισιν αὐτῶν ἐπὶ τῷ ποιεῖν συνέδριον λάθρα ἢ φανερῶς παρέχῃ συναγωγὴν ἐν οἰκήμασιν ἢ ἐπαύλει ἢ τῷ προαστείῳ αὐτοῦ ἢ ἐν οἱῳδήποτε ἄλλῳ τόπῳ: τούτους δὲ διοριζόμεθα ἵνα στερῶνται πάσης ἀδείας τοῦ τελεῖν συνόδους: γινωσκόντων πάντων ὅτι ὁ παραβάτης τούτου τοῦ νόμου κολασθήσεται διὰ δημεύσεως τῆς περιουσίας [αὐτοῦ].

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ τρίτῃ τῶν νονῶν τοῦ Αὐγούστου 435 ἐπὶ τῆς δεκάτης πέμπτης ὑπατείας τοῦ Θεοδοσίου καὶ τῆς τετάρτης τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστων

7. *Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι πρὸς Φλωρέντιον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Οἱ βουλευταὶ πασῶν τῶν πόλεων, οἱ ὑποκείμενοι ταῖς βαρείαις μάλιστα στρατιωτικαῖς ἢ διαφόροις ὑποχρεώσεσι τῶν οὐσιῶν καὶ προσωπικῶν λειτουργιῶν, εἰασδήποτε αἱρέσεως καὶ ἂν ὦσι, κρίνομεν ἵνα ἐν ταῖς ἰδίαις παραμένωσι τάξεσιν αὐτῶν, ὅπως μὴ φαινώμεθα ὅτι τῆς ἀτελείας τὴν εὐεργεσίαν παρέσχομεν εἰς ἀνθρώπους καταράτους ἕνεκεν τῆς ὑβριστικῆς διαστροφῆς, οἵτινες βουλό-

8 *Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio pp.* Quicumque in hac sacra urbe vel in Alexandrina civitate vel in omni Aegyptiaca dioecesi diversisque aliis provinciis Eutychetis profanam perversitatem sequuntur et ita non credunt, ut trecenti decem et octo sancti patres tradiderunt catholicam fidem in Nicaena civitate fundantes, centum quoque et quinquaginta alii venerabiles episcopi, qui in alma urbe Constantinopolitana postea convenerunt, et sicut Athanasius et Theophilus et Cyrillus sanctae recordationis episcopi Alexandrinae civitatis credebant, quos etiam Ephesina synodus (cui beatae memoriae Cyrillus praefuit, in qua Nestorii error expulsus est) in universis secuta est, quos et nuper venerabilis Chalcedonensis synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens nihilque adimens sacrosancto symbolo neque adiciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans: sciant se esse haereticos Apollinaristas: Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutyches et Dioscorus mente sa- 1 crilega sunt secuti. Ideoque hi omnes, qui Apollinaris vel

μεθα ἵνα τῇ αὐθεντίᾳ ταύτης τῆς διατάξεως καταδικάζωνται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ προτεραίᾳ τῶν καλενδῶν τοῦ Φεβρουαρίου 438 ἐπὶ τῆς δεκάτης ἕκτης ὑπατείας τοῦ Θεοδοσίου Αὐγούστου καὶ τῆς τοῦ Φαύστου.

8. *Οἱ αὐτοκράτορες Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς Αὔγουστοι πρὸς Παλλάδιον ἔπαρχον πραιτωρίων.* Οἱτινεσδήποτε ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ πόλει ἢ ἐν τῇ Ἀλεξανδρινῇ πολιτείᾳ ἢ ἐν πάσῃ τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει καὶ ταῖς διαφόροις ἄλλαις ἐπαρχίαις ἀκολουθοῦσι τῇ βεβήλῳ τοῦ Εὐτυχοῦς διαστροφῇ καὶ οὐ πιστεύουσιν οὕτως, ὡς οἱ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι πατέρες παραδεδώκασι τὴν καθολικὴν πίστιν ἐν τῇ Νικαίᾳ πόλει θεμελιοῦντες, πρὸς δὲ οἱ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἄλλοι προσκυνητοὶ ἐπίσκοποι, οἵτινες ἐν τῇ ἐνδόξῳ πόλει Κωνσταντινουπόλει ὕστερον συνῆλθον, καὶ ὥσπερ ἐπίστευον ὁ Ἀθανάσιος καὶ ὁ Θεόφιλος καὶ ὁ Κύριλλος οἱ ἁγίας μνήμης ἐπίσκοποι τῆς Ἀλεξανδρινῆς πόλεως, οὓς κατὰ πάντα ἠκολούθησε καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος (ἧς προΐστατο ὁ μακαρίας μνήμης Κύριλλος, ἐν ᾗ ἐξεβλήθη τοῦ Νεστορίου ἡ πλάνη), οὓς καὶ ἔναγχος ἠκολούθησεν ἡ προσκυνητὴ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος, ταῖς προτέραις ἱερατικαῖς συνόδοις ἐκ παντὸς παντελῶς μέρους συναινοῦσα καὶ οὐδὲν ἀφαιροῦσα ἢ προστιθεῖσα τῷ ἁγιωτάτῳ συμβόλῳ, ἀλλὰ τοῦ Εὐτυχοῦς τὰ ὀλέθρια δόγματα καταδικάζουσα: γινωσκέτωσαν ὅτι αὐτοί εἰσιν αἱρετικοὶ Ἀπολλιναρισταί: διότι τοῦ Ἀπολλιναρίου τὴν ἀπαισιωτάτην αἵρεσιν ἱεροσύλῳ διανοίᾳ ἠκολούθησαν ὁ

1 Εὐτυχὴς καὶ ὁ Διόσκουρος. Καὶ διὰ τοῦτο πάντες ἐκεῖνοι, οἵτινες τοῦ

Eutychetis perversitatem sequuntur, illis poenis, quae divorum retro principum constitutionibus contra Apollinaristas vel serenitatis nostrae postmodum sanctione contra Eutychianistas vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decretae sunt, noverint se esse plectendos Ideirco Apollinaristae, hoc est Eutychianistae (quibus etsi est in appellatione diversitas, tamen in haeresis pravitate coniunctio, et dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium) sive in hac alma urbe diversisque provinciis sive in Alexandrina civitate sive intra Aegyptiacam dioecesim sunt neque ita credunt, ut praedicti venerabiles patres credebant, neque viro reverentissimo Alexandrinae urbis antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, episcopos vel presbyteros aliosque clericos creare et habere prohibemus: scientibus tam his Eutychianistis vel Apollinaristis, qui ausi fuerint cuiquam episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quam his, qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, poenam exilii cum facultatum suarum amissione se su-

3 bituros Universi praeterea Apollinaristae vel Eutychianistae non ecclesias non monasteria sibi construant, parasynaxes et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant neque ad domum neque ad pos-

Ἀπολλιναρίου ἢ τοῦ Εὐτυχοῦς τὴν διαστροφὴν ἀκολουθοῦσι, γνώτωσαν ὅτι κολασθήσονται διὰ τῶν ποινῶν ἐκείνων, αἵτινες διὰ τῶν διατάξεων τῶν θείων ἄνωθεν ἡγεμόνων κατὰ τῶν Ἀπολλιναριστῶν ἢ ὕστερον διὰ τῆς κυρώσεως τῆς ἡμετέρας γαληνότητος κατὰ τῶν Εὐτυχιανιστῶν ἢ δι' αὐτοῦ τοῦδε τοῦ σεβαστωτάτου νόμου κατ' αὐτῶν εἰσιν 2 ἐψηφισμέναι. Τούτου ἕνεκεν οἱ Ἀπολλιναρισταί, τουτέστιν οἱ Εὐτυχιανισταὶ (οἷς εἰ καὶ ἔστιν διαφορὰ ἐν τῇ προσηγορίᾳ, ὅμως ἐν τῇ τῆς αἱρέσεως φαυλότητι [ἔστι] σύνδεσμος, καὶ ἀνόμοιον μὲν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ὁμοία ἡ ἱεροσυλία) εἴτε ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ταῖς διαφόροις ἐπαρχίαις εἴτε ἐν τῇ Ἀλεξανδρινῇ πόλει εἴτε εἴσω τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεώς εἰσιν καὶ οὐ πιστεύουσιν οὕτως, ὥσπερ οἱ προειρημένοι προσκυνητοὶ πατέρες ἐπίστευον, οὐδ' ἐπικοινωνοῦσι τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς Ἀλεξανδρινῆς πόλεως ἱεράρχῃ Πρωτερίῳ, τῷ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κατέχοντι, ἀπαγορεύομεν ἵνα [πάντες οἱ εἰρημένοι] χειροτονῶσι καὶ ἔχωσιν ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους καὶ ἄλλους κληρικούς: γινωσκόντων τοῦτο μὲν τῶν Εὐτυχιανιστῶν ἢ Ἀπολλιναριστῶν τούτων, οἵτινες ἤθελον ἀποτολμήσῃ ἵνα ἐπιθέσωσιν εἰς οἱονδήποτε τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου ἢ τοῦ κληρικοῦ, τοῦτο δὲ ἐκείνων, οἵτινες ἤθελον ἀνεχθῇ ἵνα παρακρατήσωσι τὸ ἐπιτεθὲν αὐτοῖς ἱερατικὸν ὄνομα, ὅτι τὴν ποινὴν τῆς ἐξορίας ὑποστήσονται σὺν τῇ ἀποβολῇ τῶν ἰδίων οὐσιῶν αὐ-3 τῶν. Πρὸς τούτοις δὲ ἅπαντες οἱ Ἀπολλιναρισταὶ ἢ οἱ Εὐτυχιανισταὶ μὴ οἰκοδομείτωσαν ἑαυτοῖς μήτε ἐκκλησίας μήτε μοναστήρια, μὴ ποιείτωσαν παρασυνάξεις καὶ συναγωγὰς εἴτε ἐν ἡμέρᾳ εἴτε ἐν νυκτὶ μηδὲ εἰς οἶκον μηδὲ εἰς κτῆμα οἱονδήποτε μηδὲ εἰς μοναστή-

sessionem cuiusquam neque ad monasterium vel quemcumque alterum locum operaturi sectae funestissimae congregen-4 tur. Quod si fecerint et hoc factum fuisse domino volente constiterit, post rem in examine iudicis adprobatam domus vel possessio, in qua convenerint, fisco sine dilatione societur, monasterium vero eius civitatis orthodoxae ecclesiae, in cuius territorio est, 5 iubemus addici. Si vero ignorante domino sciente vero qui pensiones domus exigit vel conductore vel procuratore vel actore praedii parasynaxes et conventicula interdicta collegerint, conductor vel procurator sive actor vel quicumque eos in domum vel in possessionem vel in monasterium receperint ac passi fuerint illicitas parasynaxes conventusque celebrari, si vilis et abiectae condicioni sunt, fustibus publice et in poenam suam et in aliorum coerceantur exemplum, si honestae vero personae sunt, decem libras auri multae nomine fisco nostro cogantur inferre. 6 (4) Nullum praeterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam. si qui vero in quacumque militia inventi fuerint militare, soluti cingulo honestorum hominum et palatii communione priventur nec in aliqua nec in qua nati sunt civitate vel vico aut regione 7 versentur. Si qui vero in hac alma urbe nati sunt, tam

ριον ἢ οἱονδήποτε ἄλλον τόπον συναθροιζέσθωσαν λειτουργήσοντες τὰ τῆς

ἐ
4 ὀλεθριωτάτης αἱρέσεως. Ἐὰν δ τοῦτο ποιήσωσι καὶ ὁμολόγηται ὅτι τοῦτο ἐγένετο ἑκόντος τοῦ δεσπότου, ἀποδειχθέντος τοῦ πράγματος ἐν τῇ τοῦ δικαστοῦ διαγνώσει ὁ οἶκος ἢ τὸ κτῆμα, ἐν ᾧ συνῆλθον, τῷ φίσκῳ ἀνυπερθέτως προσκυρούσθω, τὸ δὲ μοναστήριον κελεύομεν ἵνα προστίθηται τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ ταύτης τῆς πόλεως 5 ἐν ἧς τῷ ἐδάφει ἐστίν. Ἐὰν δὲ ἀγνοοῦντος τοῦ δεσπότου, εἰδότος ὅμως ἐκείνου, ὅστις τὰ ἐνοίκια τοῦ οἴκου ἀπαιτεῖ, ἢ τοῦ μισθωτοῦ ἢ τοῦ προκουράτορος ἢ τοῦ διοικητοῦ τοῦ κτήματος παρασυνάξεις καὶ συνόδους ἀπηγορευμένας συναθροίσωσιν, ὁ μισθωτὴς ἢ ὁ προκουράτωρ ἢ ὁ διοικητὴς ἢ οἱοσδήποτε ἤθελον δεχθῇ αὐτοὺς ἢ εἰς τὸν οἶκον ἢ εἰς τὸ κτῆμα ἢ εἰς τὸ μοναστήριον καὶ ἤθελον ἀνεχθῇ ἵνα ἀθέμιτοι παρασυνάξεις καὶ συναγωγαὶ τελῶνται, εἰ μὲν εὐτελοῦς καὶ ἀποβλήτου τύχης εἰσί, μαστιγώσεσι δημοσίᾳ κολασθήσονται καὶ πρὸς ποινὴν αὐτῶν καὶ πρὸς παράδειγμα τῶν ἄλλων, εἰ δ' ἔντιμά εἰσι πρόσωπα, δέκα λίτρας χρυσίου προστίμου ὀνόματι ἐξαναγκασθήσονται ἵνα εἰς τὸν φίσκον ἡμῶν εἰσ-6 (4) φέρωσι. Πρὸς τούτοις δὲ κελεύομεν ἵνα μηδεὶς Ἀπολλιναριστὴς ἢ Εὐτυχιανιστὴς πρός τινα στρατείαν ἀποβλέπῃ. Εἰ δέ τινες ἐν οἱᾳδήποτε στρατείᾳ εὑρηνται στρατευόμενοι, γυμνούμενοι τῆς ζώνης ἀποστερείσθωσαν τῆς κοινωνίας τῶν ἐντίμων ἀνθρώπων καὶ τοῦ παλατίου μηδ' ἔν τινι μηδ' ἐν ᾗ ἐγεννήθησαν πόλει μηδ' ἐν κώμῃ ἢ

7 κλίματι ἀναστρεφέσθωσαν. Εἰ δέ τινες ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει ἐγεν-

sacratissimo comitatu quam omni per provincias metropolitana civitate pellantur. 8 (5) Nulli insuper Eutychianistae vel Apollinaristae publice vel privatim advocandi coetus et circulos contrahendi et de errore haeretico disputandi ac perversitatem facinorosi dogmatis adserendi tribua- 9 tur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem synodum liceat aliquid vel dictare vel scribere vel edere atque emittere aut aliorum scripta super eadem re 10 proferre. Nemo huiusmodi habere libros et sacrilega scriptorum audeat monimenta servare. quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. 11 Eos vero qui discendi studio audierint de infausta haeresi disputantes, decem librarum auri, quae fisco nostro inferendae sunt, iubemus subire dispendium. ultimo etiam supplicio coerceantur, qui illicita

12 docere temptaverint. Omnes vero huiuscemodi chartae ac libri,qui funestum Eutychetis, hoc est Apollinaris, fuerint dogma complexi, incendio concrementur, ut facinorosae perversitatis vestigia ipsa flammis ambusta depereant. aequum namque est, ut immanissima sacrilegia par poenae 13 magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus provinciarum eorumque apparitioni-

νήθησαν, τοῦτο μὲν ἀπὸ τῆς ἱερωτάτης αὐλικῆς ἀκολουθίας τοῦτο δὲ ἀπὸ 8 (5) πάσης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μητροπολιτικῆς πόλεως ἐκβαλλέσθωσαν. Μηδενὶ ἐπὶ πλέον Εὐτυχιανιστῇ ἢ Ἀπολλιναριστῇ ἀπονεμέσθω ἄδεια τοῦ δημοσίᾳ ἢ κατ' ἰδίαν προσκαλεῖν συνόδους καὶ κύκλους ποιεῖν καὶ περὶ τῆς αἱρετικῆς πλάνης διαμάχεσθαι καὶ τὴν διαφθορὰν τοῦ ἀπαισίου δόγματος ὑπο- 9 στηρίζειν [διδάσκειν]. Μηδενὶ ἅμα ἐξέστω ἵνα κατὰ τῆς προσκυνητῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἢ ὑπαγορεύῃ τι ἢ γράφῃ ἢ ἐκδίδῃ καὶ ἐκπέμπῃ ἢ ἄλλων τὰ συγγράμματα περὶ τούτου τοῦ

10 πράγματος προσφέρῃ. Μηδεὶς δ' ἀποτολμάτω ἵνα τοιαῦτα ἔχῃ βιβλία καὶ τὰ ἱερόσυλα τῶν συγγραφέων φυλάττῃ μνημεῖα. Ἐὰν δέ τινες ἐν τούτοις τοῖς ἐγκλήμασι συλληφθῶσι, διηνεκεῖ ὑπερορίᾳ καταδικασθήσονται. 11 Ἐκεῖνοι δέ, οἵτινες τοῦ μαθεῖν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἤθελον ἀκροάζεσθαι τῶν φιλονεικούντων περὶ τῆς ἀνοσίου αἱρέσεως, κελεύομεν ἵνα ὑπομένωσι ζημίαν δέκα λιτρῶν χρυσίου, αἵτινες ὀφείλουσιν ἵνα εἰσάγωνται εἰς τὸν ἡμέτερον φίσκον. Τῇ ἐσχάτῃ δ' ἅμα τιμωρίᾳ ὑποβαλλέσθωσαν ὅσοι ἤθελον ἐπιχειρήσῃ ἵνα τὰ ἀθέμιτα διδάσκωσι. 12 Πάντες δὲ οἱ τοιοῦτοι χάρται καὶ τὰ βιβλία, ἅτινα τὸ ὀλέθριον τοῦ Εὐτυχους, τουτέστι τοῦ Ἀπολλιναρίου, δόγμα ἤθελον περιέχῃ, πυρὶ κατακαιέσθωσαν, ἵνα τῆς ἀπαισιωτάτης φαυλότητος τὰ ἴχνη αὐτὰ φλοξὶν ἐμπιπράμενα ἐξαφανίζωνται. Διότι δίκαιόν ἐστιν ἵνα τὰς μεγίστας ἱεροσυλίας ἴσον 13 ποινῆς μέγεθος πλήττῃ. Γινωσκόντων δὲ τῶν διοικητῶν τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν τάξεων [ὑπαλλήλων] αὐτῶν, τῶν ἐκδίκων ἅμα τῶν πόλεων, ὅτι, ἐὰν ταῦτα, ἅτινα τῇ εὐλαβεστάτῃ

bus, defensoribus etiam civitatum, quod, si ea, quae legis huius religiosissima sanctione custodienda decrevimus, aut neglexerint aut aliqua permiserint temeritate violari. denarum librarum auri multam fisco cogantur inferre: insuper etiam existimationis suae periculum sustinebunt. *D. k. Aug Constantinopoli Valentiniano* ⁴. *VIII et Athemio conss.* [*a.* 455]

9(¹) *Imp. Leo A.* Humanum piumque rati haereticos solitis sepulturis tradi mandamus *D. Constantinopoli id. Aug. Constantino et Rufo conss.* [*a.* 457]

10 *Idem A. Erythrio pp.* Si qui orthodoxae religionis emptione vera vel ficticia aut quocumque alio iure vel titulo praedia et possessiones resque immobiles, in quibus orthodoxae fidei ecclesiae vel oratoria constituta sunt, in haereticae sectae et contraria orthodoxae fidei sentientem quamcumque personam transferre voluerint, nullam huiusmodi vel inter vivos habitam vel secreto iudicio compositam valere volumus voluntatem, etiamsi ab orthodoxae fidei venditore vel quocumque modo alienatore commenticio sub qualibet occasione fuerit adsignata: sed irrita omnia huiusmodi documenta et tamquam penitus nec 1 scripta esse censemus. Haec enim praedia et possessiones, quae in haereticas personas

κυρώσει τοῦδε τοῦ νόμου ἐψηφισάμεθα ἵνα παραφυλάσσωνται, ἢ παραμελήσωσιν ἢ ἐπιτρέψωσιν ἵνα θρασύτητί τινι παραβαθῶσιν, ἀνὰ δέκα λιτρῶν χρυσίου πρόστιμον ἐξαναγκασθήσονται ἵνα εἰς τὸν φίσκον εἰσαγάγωσι: πρὸς τούτοις δ' ἅμα καὶ τῆς ἰδίας ὑπολήψεως τὸν κίνδυνον ὑποστήσονται.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντιν υπόλει ταῖς Καλένδαις τοῦ Αὐγούστου 455 *ἐπὶ τῆς ὀγδόης ὑπατείας τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου καὶ τῆς τοῦ Ἀνθεμίου*

ὑ [Αὐτοκράτωρ Λέων Α΄.]

Ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον εἶναι λογισάμενοι τοὺς αἱρετικοὺς ἐπιτρέπομεν θάπτεσθαι ταῖς νενομισμέναις ταφαῖς.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ταῖς Εἰδοῖς τοῦ Αὐγούστου 457 *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κωνσταντίνου καὶ Ρούφου.*

10. Ὁ αὐτὸς Αὔγουστος πρὸς Ἐρύθριον ἔπαρχον πραιτωρίων Ἐάν τινε τῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας δι' ἀγορασίας ἀληθοῦς ἢ εἰκονικῆς ἢ δι'οἱουδήποτε ἄλλου δικαίου ἢ τίτλου κτήματα ἢ κτήσεις καὶ πράγματα ἀκίνητα, ἐν οἷς εὔρηνται ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἢ εὐκτήριοι οἶκοι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, βουληθῶσιν ἵνα μεταφέρωσιν εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον τῆς αἱρετικῆς τάξεως καὶ τἀναντία τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει φρονοῦν, βουλόμεθα ἵνα μηδεμία τοιαύτη βούλησις ἰσχύῃ εἴτε ἐν ζωῇ γενομένη εἴτε αἰτίᾳ θανάτου συντεθεῖσα, κἂν ἔτι ἐφ' οἱαδήποτε ἀφορμῇ ἐξενεχθῇ ὑπὸ τοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως πωλητοῦ ἢ τοῦ οἱῳδήποτε ἐπινενοημένῳ τρόπῳ ἀπαλλοτριωτοῦ· ἀλλὰ κρίνομεν ἵνα πάντα τὰ τοιαῦτα ἔγγραφα ἄκυρα ὦσιν καὶ ὡσεὶ μηδαμῶς παντελῶς γεγραμ- 1 μένα. Ταῦτα δὲ τὰ κτήματα καὶ αἱ κτήσεις, ἅτινα καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἤθελον μετενεχθῇ ἢ δοθῇ εἰς αἱρετικὰ πρόσωπα, θεσπίζομεν ἵνα διεκ-

(¹) Τεθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

quocumque modo translatae fuerint vel collatae, fisci nostri viribus decernimus vindicari. 2 Sive enim apud dominos possessoresve orthodoxos ea praedia maneant seu ad fisci nostri iura pervenerint, necesse est in his ecclesias et oratoria constituta diligentius et sollicitius instaurari. nostrae enim serenitatis undique ad hunc exitum providentia ducit, ut omnipotentis dei templa, in quibus nostrae fidei instituta perdurant, cultu adsiduo per omnia seecula rediviva serventur.

3 Nec enim dubitari potest, quod si in haereticos veniant possessiones, in quibus verae fidei ecclesiae vel oratoria constituta sunt et integritas colitur, omnimodo ab his deseri atque destitui, omni cultu vacare, omnibus sacris et solitis viduari mysteriis, omni splendore privari, nullis populorum conventionibus, nullis clericorum observationibus celebrari et ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire ruere complanari. nec enim de earum instauratione haeretici poterunt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant. quae omnia resecantes ad praesentem legem pervenimus [*a.* 466-472?]

11(1) Sancimus, ut qui perniciosum Manichaeorum errorem amplectuntur nullam fa-

δικῶνται τῇ ἰσχύι τοῦ ἡμετέρου φί-

2 σκου. Διότι εἴτε παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις δεσπόταις καὶ τοῖς νομεῦσι ταῦτα τὰ κτήματα παραμένουσιν εἴτε εἰς τὰ δίκαια τοῦ ἡμετέρου φίσκου περιέλθωσιν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἵνα ἐν τάχει καὶ πάσῃ ἐπιμελείᾳ ἀποκαθιστῶνται αἱ ἐκκλησίαι καὶ οἱ εὐκτήριοι οἶκοι οἱ [πρότερον] ἐν αὐτοῖς ὑπάρχοντες. Διότι τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ἡ πρόνοια εἰς τοῦτο πάντοθεν τὸ τέλος ἄγει, ἵνα τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ οἱ ναοί, ἐν οἷς τῆς ἡμετέρας πίστεως τὰ θεσπίσματα διατηροῦνται, ἐπιμελεῖ λατρείᾳ εἰς ἅπαντας τοὺς αἰῶνας ἀείζωοι διαφυλάσσων-

3 ται. Διότι οὐδ' ἔστι δυνατὸν ἵνα ὑπάρχῃ ἀμφιβολία τις, ὅτι, ἐὰν εἰς αἱρετικοὺς περιέλθωσιν αἱ κτήσεις, ἐν αἷς τῆς ἀληθοῦς πίστεως ἵδρυνται ἐκκλησίαι ἢ εὐκτήριοι οἶκοι καὶ ἡ ἄμωμος λατρεύεται πίστις, παντὶ τρόπῳ ἐγκαταλειφθήσονται καὶ ἐρημωθήσονται ἀπ' αὐτῶν, σχολάσουσιν ἀπὸ πάσης λατρείας, χηρεύσουσιν ἀπὸ πάντων τῶν ἱερῶν καὶ εἰθισμένων μυστηρίων, στερηθήσονται πάσης λαμπρότητος, δι' οὐδεμιᾶς δὲ τῶν λαῶν συνόδου, δι' οὐδεμιᾶς τῶν κληρικῶν ἱεροτελεστίας λειτουργηθήσονται καὶ ἐντεῦθεν ἀναμφιβόλως αἱ ἐκκλησίαι αὗται ἀπολεσθήσονται, κατακρημνισθήσονται, κατεδαφισθήσονται. Διότι οὐδὲ δύνανται οἱ αἱρετικοὶ ἵνα διανοῶνταί ποτε περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτῶν, ἃς ἠρνοῦντο ὑπάρχειν. Πάντα δὲ ταῦτα ἀνατέμνοντες εἰς τὸν παρόντα κατελήξαμεν νόμον.

[ἐν ἔτει 466—472 ;]

11 (1) Θεσπίζομεν τοὺς τὴν ὀλεθρίαν τῶν Μανιχαίων αἱρουμένους πλάνην μηδεμίαν ἔχειν παρρησίαν ἢ

(1) Τίθενται ὡς εὑρηνται ἐν τῷ ἑλλην. καὶ λατιν. κειμένῳ.

cultatem aut licentiam habeant in quolibet nostrae rei publicae loco commorari et, si quando apparuerint vel inventi fuerint, capitali poena plectantur. *D. V. id. Aug. Boethio vc. Cons.* [*a.* 487 *vel* 510]

12(1) *Impp. Iustinus et Iustinianus AA.* Haereticis ideo convenire et propriam denominationem habere permisimus, ut patientiae nostrae pudore sponte resipiscerent et ad meliora 1 revertantur. Eos autem intolerabilis audacia invasit et se legum sanctione neglecta militiis intruserunt, quarum tales homines participes fieri ipsa imperialium formarum verba 2 manifesto prohibent. Haereticos autem reliquos omnes vocamus, velut exsecrabiles Manichaeos quique his similes sunt, quippe quos ne nominari quidem hic terrarum neque omnino conspici usquam nec quicquam polluere tactu suo 3 oporteat. Sed Manichaeos quidem, quemadmodum diximus, ita et expelli oportet neque nomen eorum quemquam tolerare nec praetermittere, si eodem loco cum aliis hac impietate infectus moretur, sed etiam ultimo supplicio subici Manichaeum, ubicumque ter-4 rarum inventus fuerit. De reliquis autem haereticis, cuiuscumque erroris vel nominis sunt (haereticum enim vocamus, quicumque non est addictus catholicae ecclesiae et orthodoxae sanctaeque fidei nos-

ἄδειαν καθ' οἱονδήποτε τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας διάγειν τόπον· εἰ δέ ποτε φανεῖεν ἤτοι εὑρεθεῖεν, ὑπάγεσθαι κεφαλικῇ τιμωρίᾳ.

Ἐδόθη τῇ πέμπτῃ τῶν εἰδῶν τοῦ Αὐγούστου 487 *ἢ* 510 *ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Βοηθίου.*

